minū et exaudivit me: et ex om̄ibz
tribulacōnibz meis eripuit me.

Accedite ad eum et illuminam̄i: et
facies vestre nō confundent. **I**ste pau
per clamavit et dñs exaudivit eū:
et de om̄ibz tribulationibz eius
salvavit eū. **M**ittet angelus do
mini in circuitu timentū eum: et e

rumpiet eos **C**ustate et videte quoniam
 suavis est dominus: beatus vir qui spe
 rat in eo **T**imete dominum omnes san
 cti eius: quoniam non est inopia time
 ntibus eum **Q**uotes eguerunt et esu
 nerunt: inquirentes autem dominum non
 minuetur omni bono **V**enite filii
 audite me: timorem domini docebo vos.
Quis est homo qui vult vitam: dili
 git dies videre bonos **P**rohibe lín
 guam tuam a malo: et labia tua ne
 loquantur dolum **V**enite a malo et
 fac bonum: inquire pacem et persequere
 eam **O**culi domini super iustos: et
 aures eius in preces eorum **V**ultus autem
 domini super facientes mala: ut per
 dat de terra memoriam eorum **C**lamma
 verunt iusti et dominus exaudivit eos: et
 ex omnibus tribulationibus eorum libe
 ravit eos **I**uxta est dominus his qui tri

bulato sunt corde: et huiles spiritu
saluabit. **M**ulte tribulationes iusto
rū: et de omnibus his liberabit eos
dñs. **C**ustodit dñs omnia ossa eo
rū: unū ex his nō pertinet. **M**ors pec
catorū pessima: et qui odit iustū
delinquit. **R**edimet dñs animas
seruorū suorū: et non delinquet omīs
qui sperant

in eo. **O**lia. **H**ec est collaudatio.

34.

Iudica domine no
rentes me: expu
gna impugnātes me. **R**epugna. **C**uona.
gna impugnātes me. **A**pprehende
arma et scutum: et exurge in adu
torū michi. **E**ffunde frameā et cō
clude aduersus eos qui psecunt me:
dic anime mee salus tua ego sum.

Confundātur et ruerātur: que
rentes animā meā. **A**uertātur re
trosum et confundātur: cogitantes

michi mala **F**iant tanq̄ puluis
ante faciem venti: et angelus dñi
martens eos **F**iat via illoꝝ tene
bre et lubricū: et angelus dñi p̄se
quēs eos **Q**uoniā gratis abscōde
runt in uiteritū laquei sui: sup̄ua
cie exprobrauerūt animā meam.

Veniat illi laqueus quē ignorat:
et capto quā abscondit appren
dat eum: et in laqueū cadat in ip̄m.

Anima autē mea exultabit in do
mino: et delectabit sup̄ salutarū suo.

Omnia ossa mea dicent: domine
quis similis tibi **E**xpiens inopē
de manu fortioꝝ eius: egenū ⁊ pau
perē a diripientibz eum **S**urgētes
testes iniqui: que ignorabam inter
rogabant me **R**etabuebant mi
chi mala pro bonis: sterilitatem
anime mee **E**go autē cum michi

molesti essent: inducbar alio **H**u
miliabam in ieiunio animam meam:
et oratio mea in sinu meo convertetur.

Quasi proximum quasi fratrem nram
sic complacere: quasi lugens et co
tristatus sic humiliabar **E**t aduer
sum me letati sunt et dixerunt: congre
gata sunt super me flagella et ignoraui.

Dissipati sunt nec compuncti: tenta
verunt me subsannaverunt me sub
sannacone: fremderunt super me de
tibus suis **D**omine quando respia
es: restitue animam meam a malig
nitate eorum: a leonibus unquam meam.

Confitebor tibi in ecclesia magna:
in populo gravi laudabo te **N**on
super gaudeant michi qui aduersa
tur michi inique: qui oderunt me
gratis et annuit oculis **Q**uonia
michi quidem pacifice loquebantur:

et in iracundia terre loquētes dolos
 cogitabant **E**t dilatauerūt super
 me os suū: dixerūt nige nige uide
 rūt oculi nostri **U**idisti domine ne
 silcas: dñe ne discedas a me **E**rsur
 ge et intende iudicio meo deus meus:
 et dñs meus in causam meam **I**u
 dica me scdm iusticiā tuam dñe
 deus meus: et nō supgaudeāt mi
 hi **N**on dicant in cordibz suis ni
 ge nige anime nre: nec dicant de
 uo: abimus cū **E**rubescant et re
 uerātur simul: qui gratulantur
 malis meis **I**nduātur confusione
 et reuerētia: qui maligna locunt
 sup me **E**ruitent et letent qui vo
 lunt iusticiā meā: et dicant semp
 magnificetur dñs qui uolunt pa
 cem serui eius **E**t lingua mea me
 ditabitur iusticiā tuam: tota die

laudem tuā.

Olia. *ant.*

Repugna impugnātes me.

Dixit iustus ut delinquat *ps̄ dī. 35.*

Dixit iustus ut delinquat
in semetipso: nō est timor: in
ante oculos eius. **Q**uoniā dolose
egit in cōspectu eius: ut inueniatur
iniquitas eius ad odiū.

Verba o
ris eius iniquitas et dolus: noluit
intelligere ut bene ageret.

Iniqui
tatem meditatus est in cubili suis:
astitit omni vie nō bone: malitia
am autē nō odit.

Domine ī celo
misericordia tua: et veritas tua
usq; ad nubes. **I**ustitia tua sicut
montes dei: iudicia tua abissus

multa. **H**omines ⁊ iumenta salua
bis dñe: quēadmodū multipli
casti misericordiam tuā deus.

Filij au
tem hoīm: in tegmine alarū tuā
nī sperabūt.

Inebrabūtur ab ubi

tate domus tue: et torrete voluptatis
 tue potabis eos. **Q**uonia apud te
 est fons vite: et in lumine tuo videbi
 mus lumen. **P**retende misericordiam
 tua lacrimis: et iustitiam tua his qui
 recto sunt corde. **N**on veniat michi
 pes superbie: et manus peccatoris non
 moueat me. **I**bi ceciderunt qui ope
 rantur iniquitate: expulsi sunt nec
 potuerunt stare.

R. *Revela. Revela. Revela.*

Noli enim a. **R.** *Revela. Revela. Revela.* 36.
 lan in malignans: neque zel
 laueris facientes iniquitate. **Q**uoni
 am tanquam fenem velociter ardescunt: et
 quemadmodum olera herbarum cito de
 cadunt. **S**pera in domino et fac bonita
 tem: et inhabita terram et pascuis in
 diuitiis eius. **D**electare in domino: et
 dabit tibi petitiones cordis tui. **R.**
 uela domino viam tuam et spera in eo:

et ipse faciet. **E**t educet quasi lumen
iusticiam tuam: et iudicium tuum tanquam me-
ridiem: subditus esto domino et ora cum.
Noli emulari in eo qui prosperatur in
via sua: in homine faciente iniustitiam.
Define ab ira et derelinque furorem:
noli emulari ut maligneris. **Q**uo-
niam qui malignatur exterminabitur:
sustinentes autem dominum ipsi heredi-
tabunt terram. **E**t adhuc pusillum et non
erit peccator: et queres locum eius et
non inuenies. **M**ansueti autem heredi-
tabunt terram: et delectabuntur in mul-
titudine pacis. **O**bservabit peccator
iustum: et stridit super eum dentibus suis.
Dominus autem irascebit eum: quoniam
prospicit quod veniet dies eius. **O**ladi-
um euaginaverunt peccatores: intende-
runt arcum suum. **U**t drapiant pauperem
et inopem: ut trucident rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipsorum:
 et arcus eorum confringat. **M**odius est mo-
 dium iusto: super diuitias peccatorum
 multas. **Q**uoniam brachia pecca-
 torum sterentur: confirmat autem iustus
 dominus. **N**ouit dominus dies immadatorum:
 et hereditas eorum in eternum erit. **N**on
 confundentur in tempore malo: et in
 diebus famis saturabuntur: quia pec-
 catores bibunt. **I**nimio vero domini-
 morum ut honorificati fuerint et exal-
 tan: deficientes quemadmodum funis
 deficient. **D**utnabitur peccator: et non
 soluet: iustus autem miseret et tribuet.
Quia benedicentes ei hereditabunt
 terram: maledicentes autem ei dissipabunt.
Apud dominum gressus hominis diri-
 getur: et viam eius volet. **Q**um ce-
 adent non collidetur: quia dominus
 supponit manum suam. **I**uniorum filii e

trū seruū: et nō vidi iustū derelictū:
nec semen eius querēs panē. **Q**uota
die miseretur et cōmodat: et semen
illius in benedictione erit. **phares.**

Dedina a malo et fac bonū: et
inhabita in sedm sedi. **Q**uia
dominus amat iudiciū et non der
linquet sanctos suos: in eternū con
seruabūtur. **I**n iusti puniētur: et se
men impioꝝ pibit. **I**usti autē here
ditabūnt terram: et inhabitabūnt in
seculū seculi sup eam. **O**s iusti me
ditabitur sapientiā: et lingua eius
loquetur iudiciū. **T**er de eius i corde
ipius: et nō supplantabūtur gressū
eius. **C**onsiderat peccatoꝝ iustū: et
querit mortificare eū. **O**ns autē nō
derelinquet eū in manibꝫ eius: nec
damnabit eū cum iudicabit illi.
Respecta dñm et custodi viā eius.

et exaltabit te ut hereditate capias
terrā: cum perierint peccatores videbis.

Vidi impiū superexaltatū: et deua-
tum sicut cedros libani **E**t transiit
et ecce non erat: quesivi eū et non est
inuentus locus eius

Custodi inno-
centiā et vide equitatē: quoniā sunt
reliquie homini pacifico **I**n iusti

autem dispibūt: simul reliquie impi-
orū interibunt **S**alus autē iustorū

a dño: et p̄tecto: eorū in tpe tribula-
tionis **E**t adiuuabit eos dominus

et liberabit eos: et eruet eos a peccato-
ribus: et saluabit eos quia speraue-
runt in ā.

Gloria. **L**ucula domino viā tuam.
Olia. **L**ucula domino viā tuam.

Domine **N**e in ira tua. **G**loria. 37.

furore tuo arguas me: neq; in ira
tua corripas me **Q**uoniā sagitte

tue infere sunt michi: et confirmasti
sup me manū tuā. **N**on est sanitas
in carne mea a facie ire tue: non est
pax ossibus meis a facie peccatorū
meorū. **Q**uoniam iniquitates mee su-
pergressę sūt caput meū: et sicut onus
graue grauate sunt sup me. **P**utru-
erunt et corruptę sūt cicatrices mee:
a facie insipientie mee. **M**iser factus
sum et humiliatus sū usq; in finem:
tota die tristatus ingrediebar. **Q**-
uoniam lumbi mei impleti sūt illusio-
nibus: et nō est sanitas ī carne mea.
Afflictus sum et humiliatus sum
nimis: nitebam a gemitu cordis
mei. **D**ōne ante te omne desiderū me-
um: et gemitus meus a te nō est ab-
sconditus. **C**or meū turbatum est:
dereliquit me virtus mea: et lumen
oculorū meorū et ipm nō est mecum.

Amici mei et proximi mei: aduersum
 me appropinquauerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe stete-
 runt: et vni facebant qui querebant
 animam meam. **E**t qui inquirebant
 mala michi locuti sunt vanitates:
 et dolos tota die meditabant. **E**go
 autem tanquam surdus non audiebam: et
 sicut mutus non aperiebam os suum.
Et factus sum sicut homo non
 audiens: et non habens in ore suo re-
 dargutiones. **Q**uia in te Domine spera-
 ui: tu exaudies Domine deus meus. **Q**uia
 dixi ne quando supergaudeat michi
 inimicus meus: et dum commouentur pedes
 mei super me magna locuti sunt. **Q**uia
 omnia ego in flagella patius: et dolores
 meus in conspectu meo semper. **Q**uia
 omnia iniquitatem meam annuntiabo: et
 cogitabo pro peccato meo. **I**nimicus autem

mei vivunt et confirmati sunt super me: et
multiplicati sunt qui oderunt me
iniqui. **Q**ui retribuunt mala pro bonis
detrahebant michi: quoniam sequebar
bonitatem. **N**e derelinquas me domine
deus meus: ne discesseris a me. **I**ntende
in adiutorium meum: domine deus sa-
lutis mee.

Ne in ira tua arguas me domine.

v. Delectare in domino: Et dabit tibi pensiones cordis tui. Tertio versu.
Consurge: lauda in nocte in principio vi-
giliarum: et effunde sicut aquam cor tuum ante
conspectum domini dei tui. **L**eva ad eum manus
tuas: et miserebitur tui. **Tu autem domine? Kyrie.**

Benedicam dominum in omni tempore. *v. Sep*

In scdm **N**ihil
laus eius in ore meo. *In noct. an.*

In xl. **V**erba
ia. *Quona. an.* **V**t non delinquam. *Quona.*

Domi custodiam vias **ps dadi.** 38.
 meas: ut no delinquam in
 lingua mea **P**osui ori me
 o custodia: num consisteret peccator
 adversum me **O**bumutu et huilia
 tis su et silu a bonis: et dolor meus
 movatus est **C**oncaluit cor meum
 intra me: et in meditacone mea exar
 descit ignis **T**onitus sum i lingua
 mea: notu fac michi dne finem me
 um **E**t numeru dieru meoz qui e:
 ut sciam quid delit michi **E**cce me
 surabiles posuisti dies meos: et sub
 stantia mea tanq; nichilu ante te.
Veruntame uniuersa vanitas: o
 mnis homo viues **V**eruntame in
 imagine ptransit homo: sed et fru
 stra sturbatur **C**hesaurizat: et igno
 rat ou cōgregabit ea **E**t nunc que
 est expectatio mea none dñs: et sub

stantia mea apud te est. **A**b omni-
bus iniquitatibus meis erue me: op-
probrium insipienti dedisti me. **O**bmui-
tui et non aperui os meum: quoniam
tu frasti amorem a me plagas tuas.

A fortitudine manus tue ego defra-
ui in increpationibus: propter iniquitatem
compulisti hominem. **E**t tabesce-
re frasti sicut araneam animam eius: verum-
tamen vane turbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam domine et depre-
cationem meam: auribus prope lacrimas
meas. **N**e sileas quoniam advena
ego sum apud te: et peregrinus sicut
omnes patres mei. **R**emitte michi
ut refrigescer priusquam abeam: et am-

39


Expectans **ps** **140** plus non ero.
Expectavi dominum: et intendit
michi. **E**t exaudiuit preces meas: et
eduxit me de lacu miserie et de luto

Et statuit supra petram pedes
 meos: et direxit gressus meos. **E**t im-
 pulit in os meum canticum novum:
 carne deo nro. **V**idebunt multa & time-
 bunt: et sperabunt in dno. **B**eratus o-
 au? est nomen dni spes eius: et non
 respexit in vanitates et insania fal-
 sas. **M**ulta fenisti tu dne deus meus
 mirabilia tua: et cogitacionibus tuis
 non e qui similis sit tibi. **A**nnun-
 ciavi et locutus sum: multiplicati sunt
 sup numerum. **S**acrificium et oblatio-
 nem noluisti: aures autem prefenisti
 michi. **O**locaustum et pro peccato no
 postulasti: tunc dixi ecce venio. **I**n
 capite libri scriptum est de me ut face-
 rem voluntatem tuam: deus meus vo-
 luit et legem tuam in medio cordis me-
 i. **A**nnunxiavi iustitiam tuam in eccle-
 sia magna: ecce labia mea no plu-

bebo dñe tu sasti **I**ustitiã tuam nõ
abscondi in corde meo: veritatẽ tuã
et salutare tuũ dixi **N**on abscondi
misericordiã tuam et veritatẽ tuã:
a consilio multo **T**u autẽ domine
ne longe facias miserationes tuas
a me: misericordiã tuã et veritas tuã
a semp susceperunt me **Q**uoniã cir-
cundaverunt me mala quorũ nõ est
numerus: cõprehenderunt me iniqui-
tates mee: et nõ potui ut viderem.
Multiplicate sunt sup capillos ca-
pitis mei: et cor meũ dereliquit me.
Complacuit tibi dñe ut creas me:
domine ad adiuvandũ me respice.
Confundantur et reuertantur simul:
qui querunt animã meã ut auferãt
eam **R**uertantur retro: sum et reuert-
antur: qui volũt michi mala **E**r-
rant cõfessionẽ suã: qui

dixit michi erige erige **E**xultent et
 letentur sup te omnes querentes te: et
 dicant semp magnificetur dominus
 qui diligit salutare tuum **E**go autem
 mendicatus sum et pauper: dominus sollicitus
 est mei **A**dutor meus et protector
 meus tu es: deus meus ne tardaveris.


Vt non dimquam in ligna mea. *a.* 
Vana

Beatissimus qui *ps md.* 
Beatissimus qui intelligit super domine. Quona-
 rum egnum et pauperem: in die mala libe-
 rabit eum dominus **D**ominus conservet
 eum et vivificet eum: et beatum faciat
 eum in terra: et non tradat eum in a-
 nimam inimicorum eius **D**ominus operem ferat illi
 super lectum doloris eius: universum
 stratum eius versasti in infirmitate eius.

40.

Ego dixi domine miserere mei: sana a-
 nimam meam quia peccavi tibi **I**ni-

inimici mei dixerunt mala michi: quā-
do mouetur et peribit nomen eius. **E**t
si ingrediebatur ut videret vana lo-
quebatur cor eius: congregauit iniqui-
tatem sibi. **E**grediebatur foras: et
loquebatur in idipsum. **A**duersum me
susurrabant omnes inimici mei: ad-
uersum me cogitabant mala michi.
Verbum iniquum constituerunt aduersum
me: nunquid qui dormit non adiacet
ut resurgat. **E**t inuē homo pascua mea
in quo speravi qui edebat panes
meos: magnificauit super me super
plantationem. **T**u autē domine mi-
serere mei: et resuscita me et retribua-
ris. **I**n hoc cognoui quoniam volui-
sti me: quoniam non gaudebit inimi-
cus meus super me. **D**e autē propter in-
nocentiam suscepisti: et confirmasti me
in conspectu tuo in eternum. **B**enedicēs

41
dñs deus israhel a seculo et in seculum:

Quemadmodū **ps̄ d̄d.** fiat fiat. **41.**
desiderat ceruus ad fontes aq̄:
ita desiderat anima mea ad te deus.

Situit anima mea ad dñm fortem
vniuerso quando veniā et apparebo ante
faciem dñi. **E**uerūt michi lacrimae meae
et panes die ac nocte: dñs dicit michi

quotidie ubi est deus tuus. **H**ec reco:
datus sum et effudi in me animam
meā: quoniā transibo in locū taber:
naculi ammirabilis vsq; ad domū dñi.

In voce exultationis et confessionis:
sonus epulantis. **Q**uare tristis es a:
nima mea: et quare cōturbas me.

Spera in deo quoniā adhuc confi:
tebor illi: salutare vultus mei ⁊ d̄s
meus. **A**d meip̄m anima mea cō:
turbata est: p̄ terra memor ero tui
de terra iordani et hermonij in a mō

te modico **A**bissus abissum inuo-
cat: in voce catharactarū tuarū **O**-
mnia excelsa tua et fluctus tui: sup-
me transierūt **I**n die mādauit dñs
misericordiā suā: et nocte canticū
eius **A**pud me oratio deo vite mer-
dicam deo susceptor: meus es **Q**uare
oblitus es mei: et quare cōtristatus
incedo dum affligit me inimicus.

Dum p̄fringūtur ossa mea: expro-
brauerūt michi qui tribulāt me in
inua mea **D**ū dicunt michi p̄ sin-
gulos dies ubi est deus tuus: quare
tristis es anima mea et quare p̄tur-
bas me **S**pera in deo quoniā adhuc
cōfitebor illi: salutare vultus mei ⁊
deus **ā.** **S**ana dñe animā meā quia per-

Judica me — deus et discer
ne causam meā de gente **p̄**scam tibi.

nō sancta: ab homine iniquo et do-
loso erue me **Q**uia tu es deus fortitu-
do mea: quare me repulisti et quare
tristis in celo dū affligit me inimicus.

Emitte lucem tuā et veritatem tuā:
ip̄a me deduxerūt et adduxerūt ī mō-
tem sanctū tuū et in tabernaculo tua.

Et introibo ad altare dei: ad deum
qui lenificat inueniuntē meā **C**onfi-
tebor tibi in cithara deus deus meus:
quare tristis es anima mea et quare
conturbas me **S**pera in deo quoni-
am adhuc cōfitebor illi: salutāre vul-
tus mei et deus meus. **G**loria p̄i. añ.

Deus auribus **I**stis
nostris au **I**nterfuerunt. **E**uouat. 43
diuinus: patres n̄i annūciauerūt
nobis **O**pus qđ opatus es in dieb;
corū: et in diebus antiquis **M**anus
tua gentes disperdidit et plantasti

cos: afflixisti populos et expulisti e
os. **N**ec enim in gladio suo possederunt
terrā: et brachium eorum non saluauit
eos. **S**ed dextera tua et brachium tuum
et illuminatio vultus tui: quoniam con
placuisti in eis. **T**u es ipse rex meus
et deus meus: qui mandas salutes
iacob. **I**n te inimicos nostros ventila
bimus cornu: et in nomine tuo sper
nemus insurgentes in nobis. **N**on
enim in armis meis sperabo: et gladius
meus non saluabit me. **S**aluasti enim
nos de affligentibus nos: et odientes
nos confidisti. **I**n deo laudabimur
tota die: et in nomine tuo confitebimur
in seculum. **N**unc autem expulisti et con
fidisti nos: et non egredieris in vir
tutibus nostris. **A**uertisti nos retro: su
post inimicos nostros: et qui oderunt
nos diripiebant sibi. **O**edisti nos

43
tanq̄s oues escari: et in gentibus
dispisti nos **V**endidisti populū
num sine p̄cio: et nō fuit multitu
do in cōmutacōnibz eoz **P**osisti
nos opprobriū vicinis nostris: sub
lannationē et derisum his qui sunt
in circuitu nr̄o **P**osisti nos ī simi
litudi. nē gentibz: cōmotionē capi
tis in populis **T**ota die uerēdia
mea contra me est: et confusio facie
meae cooperuit me **V**oce exprobriā
tis et obloquētis: a facie inimici et
p̄sequētis **N**ec omnia uenerūt su
per nos: nec oblitū sumus te: & iniq̄
non egimus in testamēto tuo **E**t
non recessit retro cor nostrū: et dedi
nasti semitas nr̄as a via tua **Q**uo
niā humiliasti nos in loco afflicti
onis: et cooperuit nos umbra mor
tis **S**i oblitū sum⁹ nomē dei nostri:

et si expandimus manus nr̄as ad
dñi alienū. **N**onne deus requirit ista:
ip̄e enī nouit abscondita cordis. **Q**
niā p̄pter te mortificam̄i tota die: e
stimati sumus sicut oues occisiois.

Exsurge quare obdormis domine:
exsurge et ne repellas in finē. **Q**uare
faciem tuā auertis: obliuisceris
inopie nr̄e et tribulacōnis nostre.

Quoniam humiliata est in puluere
anima nr̄a: conglutnatus est in
terra uenter noster. **E**xsurge dñe ad
iuuā nos: et redime nos p̄pter no-

44.

Erustauit cor *psal.* men tuū.
meū uerbū bonū: dico ego o
pera mea regi. **L**ingua mea cala
mus scribe: uelociter scribentis. **S**pe
ciosus forma p̄re filius hoīm: diffu
sa est grātia in labijs tuis: p̄terra
benedixit te deus in eternū. **A**tingi

gladio tuo: super firmur tuum potren-
tissime. **S**perne tua et pulcritudine
tua: intende prospere procede et regna.

Propter veritatem et mansuetudinem
et iustitiam: et deducet te mirabiliter
dextera tua. **S**agitte tue acute: proli-
sub te cadent in corda inimicorum regni.

Sedes tua deus in seculum seculi: vir-
ga directionis virga regni tui. **O**le-
isti iustitiam et odisti iniquitatem:
propterea unxit te deus deus tuus o-
leo leticie pro consortibus tuis. **M**irra
et gutta et casia a vestimentis tuis a-
romibus eburneis: et quibus delecta-
verunt te filie regum in honore tuo.

Absint regina a dextris tuis in ve-
stiti aurato: circumdata varietate
te. **A**udi filia et vide et inclina au-
rem tuam: et obliviscere populum tuum
et domum patris tui. **E**t concupiscet

rex decoram tuū: quoniam ipse ē dñs
deus tuus et adorabūt eum. **E**t filie
tyri ī muneribz: vultū tuū deprecā
būtur omēs diuites plebis. **O**mnis
gloria eius filie regis abintus: in
fimbrijs auris ornāta varia
tate. **A**dducētur regi virgines post
eam: proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et exultatione:
adducētur in templū regis. **P**ro
patribz tuis nati sunt tibi filij: cō
stitues eos principes sup omnē ter
ram. **M**emor ero nominis tui dñe: in
omni generatione et generatione.
Propterea populi confitebūtur
tibi in eternū: et in seculū seculi. **an.**

Luctant cor meū obū bonū. **ā.** **N**lle
Cap. Vigilate et
luna alleluia alleluia. state in fide: viri

ter agite et confortamini: omnia vestra in caritate fiant. Deo grās. ii. Sedes tua deus in seculū

seculi: vinga directiois vinga regni tui. **R.** vneleyson. **Q.** vsteleyson. **R.** vneleyson. **P.** ater nre. Et ne nos iduc. **O.** ratio.

S. alua nos omips deus: et lucem nobis concede ppetuā: Et famulos tuos ab omni aduſitate custodi. **P.** dñm. **Ad laudes. ā.**

M. iserere mei deus. **G.** uoua. *ps Miserere ps Verba mea. ps. Dixit iustis. Confitebor. ps. laudate. Caplin.*

N. os p̄cessit dies autē appropinquabit: abiciamus ergo opa tenebrarū et induamur arma lucis: sic ut in die honeste ambulemus.

D. eo g. **R.** **D.** omine ī celo. misericordi

I. dia tua. **V.** **L.** t veritas tua vsq; ad nubes.

ps Splendor. v. In matutinis dñe medita bor in te. Quia fuisti aduitor meus. Sup bn. ā. **B.** enedi ctus deus

O. ratio. dñicali. **S.** erua ter **I.** ubi

I. srahel. **G.** uoua. **aa.** **I.** nuitat. **I.** ubi **l.** emus de o. **S.** aluta ri nro. **ps.** **V.** enite.



*ymus
Cine
rru.
An.*

Dominus. Quona.

eus noster refugium **ps** 45
et virtus: adiutor in
tribulacionibus que in

uenerunt nos nimis **P**ropterea non
timebimus dum turbabitur terra: et
transferentur montes in coram maris **S**o
nauerunt et turbate sunt aque eorum:
conturbati sunt montes in fortitudine

eius **F**luminis impetus lenificat
civitatem dei: sanctificauit tabernacu
lum suum altissimus **D**eus in medio
eius non commouebit: adiuuabit
eam deus inane diluculo **C**ontur
bate sunt gentes et inclinata sunt re
gna: dedit vocem suam mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susce
pto: noster deus iacob **V**enite et vi
dete opera domini que posuit prodigia super

terrā: auferens bella usq; ad finem
terre. **A**rum cōteret et confringet
arma: et scuta cōburent igni. **T**ata
te et videte quoniā ego sum deus: et
altabor in gentib; et exaltabor ī tra.

Dñs virtutū nobiscū: susceptor no
ster deus iacob. **O**lia p̄i. **ps dauid.** 46

Omnēs gentes plaudite mani
bus: iubilate deo in voce exul
tationis. **Q**uoniā dominus excelsus
terribilis: et magnus sup omnē ter
ram. **S**ubiciat populos nobis: et
gentes sub pedibus n̄is. **E**legit no
bis hereditatē suam: sp̄ciem iacob
quem dilexit. **A**scendit deus in iubi
lo: dñs in voce tubę. **P**sallite deo
nostro psallite: psallite regi nostro
psallite. **Q**uoniā rex omnis terre d̄s:
psallite sapienter. **R**eguabit deus
sup gentes: deus sedet sup sedem san

ctam suā **P**rinaptes populoz cōgre
gati sūt cum deo abraham: quoniā
du fortes tre vehemēter elevati sūt. **ā.**

Aditio: in tribulacōnibz. **M**agnus

47. **M**agnus dñs et
laudabilis in domū? **E**iuuac.

mis: in ciuitate dei nostri in monte
sancto eius **F**undatur exultacōne
vniuerse terre: mons syon latera a
quilonis ciuitas regis magni **D**e
in domibz eius cognoscat: cum susci
piet eā **Q**uoniā ecce reges cōgregati
sunt: uenerūt in unū **I**psi uidentē
sic ammirati sūt: conturbati sūt cōmo
ti sūt: tremor apprehendit eos **I**bi do
lores ut parturientis: in spū vehemē
ti cōtrens naues tharhis **S**icut audi
uimus sic uidim⁹ in ciuitate dñi v
tutū in ciuitate dei nostri: deus fun

47

dauit eam in eternū **S**uscipimus
deus misericordiā tuā: in medio tē-
pli tui **S**ecundū nomen tuū deus
sic et laus tua in fines terre: iustitia
plena est dextera tua **L**etetur mons
syon et exultent filie iude: propter iu-
dicia tua dñe **C**ircundate syon et
cōplectimini eā: narrate ī turribus
eius **P**onite corda vestra in virtute
eius: et distribuite domos eius ut e-
narretis in p̄genie altera **Q**uoniā
hic est deus deus noster in eternū et ī
seculū seculi: ip̄e reget nos in secula.

Audite hec omnes gentes: **ps̄ d̄d.** 48.
Auribus papite omnes qui ha-
bitatis orbem **Q**uis terrigenic ⁊ fi-
lii hominū: simul in unū diues et
paup̄ **O**s meū loquetur sapientiā:
et meditatio cordis mei prudentiā.
Indinabo in p̄abolam aurē meā:

aperiam in psalterio positionem meam
am **Q**ur timebo in die mala: iniquitas
calcanei mei circumdabit me **Q**ui
confidunt in virtute sua: et in multa
titudine divitiarum suarum gloriantur.
Frater non redimit redimet homo:
non dabit deo placationem suam **E**t pro
quo redemptionis anime sue: et labo
rabit in eternum et vivet adhuc in fi
nem **N**on videbit interitum cum viderit
sapientes morientes: simul insipientes
et stulti peribunt **E**t relinquunt alie
nis divitias suas: et sepulcra eorum
domus illorum in eternum **T**aberna
cula eorum in progenie et progenie: voca
verunt nomina sua in terris suis **E**t
homo cum in honore esset non intelle
xit: comparatus est iumentis insipientibus:
et similis factus est illis **H**ec via
illorum scandalum ipsis: et postea in ore

48
suo cōplacēbūt **S**icut oues ī infer
no positi sūt: mors depascet eos **E**t
dñ abuntur eoz vishi in matutino:
et auxiliū eoz veterascet in inferno
a gloria eoz **V**eruntamē deus redi
met animā meā de manu inferi: cū
acceperit me **N**e timueris cū diues
factus fuerit homo: et cū multipli
cata fuerit gloria domus eius **Q**uo
niā cum interierit nō sumet omnia:
neq; descendet cū eo glia eius **Q**uia
anima eius in vita ipius benedi
ctur: confitebitur tibi cū benefice
ris ei **I**ntroibit vsq; in progenies
patrū suoz: vsq; in eternū non vi
debit lumē **H**omo cū in honore es
set nō intellexit: cōparatus est iunē
tis insipientib;: et similis factus ē
illis.

Gla. **M**agnus dominus laudabilis nimis

Deus deorum **D**ominus **D**eus deorum. **E**uonae.
 locutus est: et vocavit terram. **A** solis
 ortu usque ad occasum: et syon spe-
 cies deorum eius. **D**eus manifeste ve-
 nit: deus noster et non silebit. **I**gnis
 in conspectu eius exardescet: et in cir-
 cuitu eius tempestas valida. **D**uo
 cavat celum deorsum: et terram disci-
 nere populum suum. **C**ongregate illi sa-
 ctos eius: qui ordinant testamentum
 eius super sacrificia. **E**t annuntiabunt
 celi iustitiam eius: quoniam deus iudex
 est. **A**udi populus meus et loquar:
 israel et testificabor tibi: deus meus
 tuus ego sum. **N**on in sacrificiis
 tuis arguam te: olococausta autem
 tua in conspectu meo sunt semper. **N**on
 accipiam de domo tua vitulos: nec
 de gregibus tuis hircos. **Q**uoniam

49
me sunt omnes fere siluarū: iumentā
ta in montibz et boues **C**ognoui
omnia volatilia celi: et pulcritudo
agri meū est **S**i esuriero nō dicā
tibi: meus est cū orbis terre et pleni
tudo eius **N**unquid manducabo
carnes tauroꝝ: aut sanguinē hur
corū potabo **I**mmola deo sacrifi
cū laudis: et redde altissimo vota
tua **E**t iuoca me in die tribulati
onis: erua te et honorificabis me.
Pentatorū autē dixit deus quare
tu enarras iustitias meas: et assu
mis testamentū meū p os tuū **T**u
vero odisti disciplinam: et peristi
sermones meos retrorsū **S**i videbas
furem currebas cū eo: et cū adulte
ris portionē tuam ponebas **O**s
tuū abundauit malicia: et lingua
tua conuallabat dolos **S**edens ad

uersus fratrem tuū loquebaris: et ad
uersus filiū matris tue ponebas scā
dalū: hec fecisti et tacuisti. **E**xistimasti
iniquē quōdāmodo ero tui similis: arguam
te et statuiā contra faciem tuam. **I**n
telligite hec qui obliuiscimini deum:
ne quando rapiat et nō sit qui eri
piat. **S**acrificiū laudis honorifi
cabit me: et illic iter quo ostendam
illi salutare dñi. **O** lia. *psalm⁹ dauid.* 50.

Misere mei deus: secundū magnā
misericordiā tuā. **E**t secundū
multitudinē miserationū tuarū:
dele iniquitatē meā. **A**mplius la
ua me ab iniquitate mea: et a pec
cato meo munda me. **Q**uoniam iniqui
tatem meā ego cognosco: et pecca
tū meū contra me est semp̄. **T**ibi
soli peccaui et malū coram te feci:
ut iustificeris in sermonibus tuis et

vinctas nō iudicaris **E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea **E**cce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi.

Asparges me ylopo et mundabor: lauabis me et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: spiritum rectum in nova in visceribus meis.

Ne perdas me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Rede michi letitiam salutarem tuam: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea

iusticiā tuā. **D**omine labia mea a
peries: et os meū annūciabit laudē
tuā. **Q**uoniā si voluisses sacrificiū
dedissem utiq;: olocautis non dele
ctaberis. **S**acrificiū deo spūs contri
bulatus: cor contritū et humiliatum
deus nō despiciēs. **B**enigne fac dñe
in bona volūtate tua syon: et edifi
centur muri iherusalem. **T**unc ac
ceptabis sacrificiū iusticie oblatio
nes ⁊ olocautis: tūc imponēt sup
altare tuū vitulos. **O**lia. **ps̄ dauid.** 51.

Quid gloriaris in malicia:
qui potens es in iniquitate.
Quota die iniusticiam
cogitavit lingua tua: sicut noua
oula acuta frastis doli. **O**uleris ma
litiam sup benignitatē: iniquita
tē magis q̄ loqui equitatem. **O**le
risti omnia verba p̄cipitatiois: lu

quia dolosa **P**ropterea deus destruet te in fine: euellat te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem tuam de terra uuenturum. **V**idebunt iusti et timebunt: et super eum ridebunt et dicent: **M**erito homo qui non posuit deum adiutorem suum.

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et preualuit in uanitate sua. **E**go autem sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei in eternum et in seculum sedi.

Confitebor tibi in seculum quia fecisti: et respectabo nomen tuum quoniam bonum in conspectu sanctorum.

Versus. **D**eus deorum dominus locutus est.

u. Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo uota tua. **D**ominus sapientia fundauit terram: **lectio.**

stabiluit celos prudentia. Sapientia illius eruperunt abissi: et nubes rore coarsuerunt. **R.** **D**eus in nomine

musical notation

no Saluū me fac domine. **U**t in vir

musical notation

nite tua libera me. Saluū. **In secundo noctio añ.**

musical notation

Velut. **Et** noua. **Et** añ. **V**ertat dominus?

Dixit insipiens in corde suo: nō est deus. **Corrupti** sūt et abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non ē qui faciat bonū. **De** celo p̄spexit sup filios hominū: ut videat si est intelligens aut requirens deū. **Omnes** declinauerūt sicut inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonū non ē usq; ad unū. **Nōne** sciunt omēs qui operantur iniquitatē: qui derisunt plebem meā ut abūpanis. **Omni** non iuocauerunt: illic trepidauerūt timore ubi non

52

Handwritten marginal notes in red and blue ink, including the number '52' and decorative flourishes.

Handwritten text on the adjacent page, partially visible, including musical notation and Latin text.

fuit timor: **Q**uonia deus dissipavit
ossa eorum qui hominibus placere
confusi sunt quonia deus spreuit
eos. **Q**uis dabit ex syon salutare i
srahel: cum auerterit deus captiuita
tem plebis sue exultabit iacob et

Deus in no **ps dā.** letabit isrl. 53.

Domine tuo saluum me fac: et in
virtute tua iudica me. **D**eus exaudi
orationem meam: auribus prope uerba
oris mei. **Q**uonia alieni insurrexerunt
aduersum me: et fortes quesierunt
animam meam: et non proposuerunt
drum ante aspectum suum. **E**cce enim deus ad
iuuat me: et dominus susceptor est anime
mee. **A**uerte mala inimicas meas:
in ueritate tua dispece illos. **V**olu
tate sacrificabo tibi: et confitebor
nomini tuo domine quoniam bonum est.
Quonia ex omni tribulatione eri

pulisti me: et sup inimicos meos
desperit oculus meus. **O**lia pñ. añ.

Iuicet dñs captiuitatē plebis sue. añ.

54. **E**xaudi d's **I**ntende in me. **E**xaudi
oracionē meam: et ne despereris dep̄cationē
meā: intende michi et exaudi me.

Contristatus sum ī ex̄tatione
mea: et cōturbatus sum a voce ini
mia et a tribulacōne peccatoris.

Quoniā declinauerūt in me iniq̄
tates: et in ira molesti erant michi.

Cor meū turbatū est in me: et for
mido mortis credidit sup me. **T**imor
et tremor: uenerūt sup me: et contre
rūt me tenebrę. **E**t dixi quis dabit
michi pennas sicut columbe: et vo
labo et requiescā. **E**cce elongaui
fugiens: et mansi in solitudine.

Respectabam eum qui saluum me fecit:
 a pusillanimitate spiritus et tempesta
Precipita domine diuide linguas eo
 rum: quoniam vidi iniquitatem et confu
 sionem in ciuitate. **D**ie ac nocte
 circumdabit eam super muros eius
 iniquitas: et labor in medio eius
 et iniustitia. **E**t non defrauet de plateis
 eius: usura et dolus. **Q**uoniam si
 inimicus meus maledixisset mi
 hi: sustinuissem utique. **E**t si is qui
 oderat me super me magna locutus
 fuisset: abscondissem me forsitan
 ab eo. **T**u vero homo unanimes:
 dux meus et notus meus. **Q**ui si
 simul mecum dulces capiebas ovis:
 in domo dei ambulauimus cum con
 sensu. **V**eniat mors super illos: et
 descendant in infernum uiuentes. **Q**uoniam
 nequiae in habitaculis eorum.

in medio corū **E**go autē ad deum
clamaui: et dñs salua me **V**espere
et mane ⁊ meridie narrabo et annū
tabor: et exaudiet vocem meā **R**e
dimet in pace animā meā ab his
qui appropinquāt michi: quoniā
inter multos erant meū **E**xaudiat
deus et humiliabit illos: qui ē ante
secula **N**on enī est illis cōmutatio
et nō timuerūt deum: extendit ma
nū suā in retribuendo **C**ontami
nauerūt testamētū eius: diuisi
sunt ab ira vultus eius: et appro
pinquavit cor illius **M**ollia sūt
sermōnes eius sup oleū: et ipi sūt
iacula **L**acta sup dñm curā tuā
et ipse te eruet: nō dabit in etnū
fluctuationē iusto **Q**u vero deus:
reduces eos in puteū interitus. **T**u
in sanguinū et dolosi nō dimidia

bunt dies suos: ego autē sperabo

Miserere mei **ps dauid** in te dñe. 55.

Deus quoniā conculcavit me
homo: tota die impugnās tribu

lavit me **C**onculcaverūt me iuni

a mei tota die: quoniā multa bellā

tes aduersum me **A**lta altitudine

dici timebo: ego vero in te sperabo.

In deo laudabo sermones meos: i
deo speravi nō timebo quid faciat

michi caro **T**ota die verba mea

excrabantur: aduersū me omnes

cogitacōnes eorū in malū **I**nha

bitabūt et abscondent: ipi calcane

um meū obseruabūt **S**icut susti

nuerūt animā meā pro nichilo sal

uos facies illos: in ira populos cō

fringes **D**eus vitam meā annūci

au tibi: posuisti lacrimas meas

in cōspectu tuo **S**icut et in p̄mis

sione tua: tunc uertent in unum
mei retro: sū. **I**n quacūq; die inuo
cauero te: ecce cognoui quoniam deus
meus es. **I**n deo laudabo uerbū: in
dño laudabo sermonē: in deo spau
nō timebo quid faciat michi hō.

In me sūt deus uota tua: que red
dam laudationes tibi. **Q**uoniam en
puli animā meā de morte: et pedes
meos de lapsu: ut placeā corā deo in
lumine. **I**te.
uictū. **I**ncende in me et exaudi me dñe.

Miserere mei deus miserere **ps dñi.** ⁵⁶
mea: quoniam in te confidit a
nima mea. **E**t in umbra alarum
tuarū sperabo: donec transeat iniq
tas. **C**lamabo ad deū altissimum:
deū qui benefecit michi. **M**isit de celo
et liberauit me: dedit in opprobrium
conuulcātes me. **M**isit deus misericordiā

55
suam et veritatē suā: et eripuit ani-
mā meā de medio catulorū leonum:
domini turbatus. **F**ilij hominū
dentes eorū arma et sagitte: et lingua
eorū gladius acutus. **E**xaltare sup
celos deus: et in omni terra glia tua.

Laquei paucū pedibz meis: et
incuriauerūt animā meā. **H**oderūt
ante faciem meā foueas: et iniderūt
in eam. **P**arati cor meū deus pa-
rati cor meū: cantabo et psalmū

dicam. **E**xsurge gloria mea exsur-
ge psalteriū et organa: exurgam di-
luculo. **C**onfitebor tibi in populis
dñe: et psalmū dicā tibi in gentibz.

Quoniam magnificata est usqz ad
celos misericordia tua: et usqz ad nubes
veritas tua. **E**xaltare sup celos deus:
et sup omnē ter

Iuste iudica te. **G**loria.
ra gloria tua. **ā.**

Si vere vobis iusticiam loqui **ps.** 57.
mini: recte iudicate filii hominum

Etenim in corde iniquitates operamini
in terra: iniustitias manus vestre
condemnant. **A**lieniati sunt peccatores
a vulva: erraverunt ab utero: locuti
sunt falsa. **F**urores illis secundum
similitudinem serpentis: sicut aspidem
surde et obturatis aures suas. **Q**ue
non exaudiet vocem incantantium: et
beneficia incantantis sapienter. **D**eus
conteret dentes eorum in ore ipsorum: mo-
las leonum confringet dominus. **N**on nichilum
deveniet tanquam aqua decurrens: intē-
dit arcum suum donec infirmetur.

Sicut cera que fluit auferetur: su-
percedit ignis et non videntur soli.
Deus quoque intelligerent sermone vestre
carnum: sicut viventes sicut in ira
absorbet eos. **T**etabitur iustus cum

viderit vindictā: manus suas lava-
bit in sanguine peccatoris. **E**t dicit
homo si utiq; est fructus iusto: uti-
q; est deus iudicans eos in terra. **ps.** 58.

Aripe me de inimicis meis deus
meus: et ab insurgentibus in
me libera me. **A**ripe me de operan-
tibus iniquitatē: et de viris sangui-
nū salva me. **Q**uia ecce ceperūt ani-
mā meā: irruerūt in me fortes. **N**eque
iniquitas mea neque peccatū meū
domine: sine iniquitate auerit et
dixerit. **R**esurge in occursum meū
et vide: et tu domine deus virtutū
deus israel. **I**ntende ad visitādas
omnes gentes: nō miserearis omni-
bus qui operantur iniquitatē. **Q**uō-
uertētur ad vespērā et famem pati-
entur ut canes: et arcubūt civitatē.
Ecce loquentur in ore suo: et gladi-

in labijs eor: quoniã quis audiuit
Et tu dñe deridebis eos: ad nichilũ
deduces omnes gentes. **F**ortitudinẽ
meã ad te custodiã: quia deus susce
ptor meus: deus meus misericordia
eius pueniet me. **D**eus ostendit mi
chi sup inimicos meos: ne omidas
eos ne quãdo obliuiscãtur populi
mei. **D**ispge illos in uirtute tua: et
depone eos p tector meus dñe. **D**eli
ctum os eorũ sermonẽ labiorum
ipor: et cõprehendant in supbia
sua. **E**t de execratione et mendacio
annũtiabũtur in cõsumatione: in
ira cõsumationis et nõ erunt. **E**t sa
ent: quia deus dñabitur iacob fi
nũ terre. **C**onuertentur ad uesperã
et famẽ patientur ut canes: et cir
cubũt ciuitate. **I**psi dispgentur
ad manducãdũ: si uero non fuerit

fatirati et murmurabunt **E**go autem cantabo fortitudinem tuam: et exultabo in misericordia tua.

Quia factus es susceptor meus: et refugium meum in die tribulationis mee.

Adultor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea.

Iuste iudica te fili hominum.

Illeluia alleluia alleluia.

Cap. Diglat. Ver. Deus vitam meam annuntiavit tibi: posuisti lacrimas meas in conspectu tuo.

Qui saluauit nos. **Q**ui saluauit nos. **Q**ui saluauit nos.

Ad laudes an. **Q**ui saluauit nos. **Q**ui saluauit nos.

Miserere mei. **M**iserere mei. **M**iserere mei. **M**iserere mei.

Ps. Miserere. ps. Iudica me deus et dilate. ps. Miserere mei deus miserere mei. Cant. Ego dixi: ps. Laudate. Cap. Non precessit. et. R. breue.

Miserere mei deus. **M**iserere mei. **M**iserere mei.

ps. Splende. pinc. v. In manibus. ut sup.

Miserere mei deus. **M**iserere mei. **M**iserere mei.

Miserere mei deus. **M**iserere mei. **M**iserere mei.

Sup
bñ. ā. **U**isitavit et se ut redēp̄nōuē dō
Oiano dñicale *seria*
munus plebis sue. *Quona.* *q̄ta.* *Inuitā.*

In manu tua domine om̄es fi nes
pnus.
Crene
terri. &
antiph **D**a nobi dñe. *Quona.*
terre. *p̄* *Vāte.*

Deus repulisti *p̄s cad.* *59*
nos et destruxisti nos:
iratus es et misertus
es nobis. **Q**ōmōu
isti terrā et cōturba

sti eam: sana **D**irigones eius quia
convulsa est. **O**stendisti populo
tuo dura: potasti nos uino cōpū
tionis. **O**edisti inctuentibus te signi
ficationē: ut fugiant a facie armis.

Ut liberemur dilecti tui: saluum
fac dextera tua et exaudi me. **O**eus

locutus est in sancto suo: letabor: et
partabor: sicut in manu: et conuallent ta-
bernaculorum meorum: **M**eus est ga-
laad et meus est manasses: et effraim
fortitudo capitis mei **I**uda rex meus:

moab olla spei mee **I**n idumeam
extendam calcamentum meum: michi
alienigenae subditi sunt **Q**uis de-
ducat me in civitatem munitam: quis

deducet me usque in idumeam **N**onne
tu deus qui repulisti nos: et non egre-
diens deus in virtutibus nostris **O**a-


nobis auxilium de tribulatione: et
vana salus hominis **I**n deo faciemus
virtutem: et ipse ad nihilum deducet

Gaudi *ps dadi. tribulantes nos. 60.*

Deus deprecationem meam: intende
orationi mee **A** filiis terre ad te

clamavi dum auerteretur cor meum: in
petra exaltasti me **O**deristi me

quia factus es spes mea: turris forti-
tudinis a facie inimici. **I**nhabi-
tabo in tabernaculo tuo in seculis:
protegar in velamento alarum tua-
rum. **Q**uonia tu deus meus exaudi-
sti orationem meam: dedisti heredita-
tem timentibus nomen tuum. **D**ies
super dies regis adiuces: annos eius
usque in diem generationis et genera-
tionis. **P**ermanet in eternum in con-
spectu dei: misericordiam et veritatem
eius quis requirit. **S**ic psalmum
dicam nomini tuo in seculum seculi:
ut reddam vota mea de die in diem.

V  *Da nobis domine auxilium de tribulatione.*

N  *Nonne p̄s d̄d̄. B̄*
deo subie a. B̄  *enedicite. Quouac.*
sta erit anima mea: ab ipso enim sa-
lutare meum. **N**am et ipse deus meus

et salutaris meus: susceptor meus
 non mouebo: amplius **Q**uouiscq;
 irritis in homine: interficatis uni
 uersi vos: tanq; pariter inclinato
 et macerie depulse **V**eruntamen pec
 nū meū cogitauerūt repellere: ci
 curri in siti: ore suo benedicebant
 et corde suo maledicebāt **V**erunta
 men deo subiecta esto anima mea:
 quoniā ab ipō patientia mea **Q**ā
 ipse deus meus et saluator meus:
 adiutor meus nō emigrabo **I**n
 deo salutare meū et gloria mea: d's
 auxilij mei et spes mea in deo ē **S**pe
 rate in eo omnis cōgregatio popu
 li: effundite corā illo corda uestra:
 deus adiutor noster in eternū **V**e
 runtamen vani filij hominū: men
 daces filij hoīm in statens: ut dea
 piant ipi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate: et ra-
pinas nolite concupiscere: diuine si
affluant ~~vos~~ nolite cor apponere.

Semel locutus est deus duo hec
audui: quia potestas dei est et ti-
bi dñe misericordia: quia tu red-
des unicuique iuxta opera sua. **ps̄m.** ^{62.}

Deus deus meus: ad te de luce
vigilo. **S**ituit in te anima
mea: quoniam multipliciter tibi caro me-
a. **I**n terra deserta et inuisa et iniquo-
sa sic in sancto apparui tibi: ut viderem
virtutem tuam et gloriam tuam. **Q**uonia-
m melior est misericordia tua super vi-
tiam: labia mea laudabunt te. **S**ic
benedicam te in vita mea: et in nocte
tuo leuabo manus meas. **S**icut a-
dipe et pinguedine repleatur anima
mea: et labijs exultationis lauda-
bit os meum. **S**i memor fui tui super

stratū meū in manibus medita
bor in te: quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarū tuarum
erulabo: adhesit anima mea post
te: me suscepit dextera tua. **X**pi vero
iuanū querierūt animā meā: intro
ibūt in inferiora terre: tradentur in
manus gladii ptes vulpiū erunt.

Rex vero letabitur in deo: laudabū
tur omēs qui iurant in eo: quia
obstructū est os loquētū iniqua.

Fraudi deus orationē **ps dauid.** 63.

Animā cum depcor: a timore in
imio eripe animā meā. **P**rostrasti
me a conuentu malignantiū: a
multitudine opantiū iniquitatē.

Quia fracuerunt ut gladium lin
guas suas: intenderūt arcum ven
amarā: ut sagittent in occultis in
maculatū. **S**ubito sagittabūt cū

et nō timebūt: firmauerūt sibi ser-
monē nequā. **N**arrauerūt ut absco-
derent laqueos: dixerūt quis videbit
eos. **S**crutati sūt iniquitates: defe-
cerūt scrutātes scrutina. **F**ortet ho-
mo et cor altū: et exaltabitur deus.
Sagitte paruulorū facte sunt pla-
ge eorū: et infirmate sunt cōtra eos
lingue eorū. **C**onturbati sūt omēs
qui videbant eos: et timeuit omnis
dominans potestati maris: mo-
tū autē fluctuū eius tu mitigas.
Cui humiliasti sicut vulneratum
supbū: in brachio virtutis tue di-
spersisti inimicos tuos. **C**ui sūt
celi et tua ē terra: orbem terre et ple-
nitudinē eius tu fundasti: aqua
ionem et mare tu creasti. **C**habor
et hermon in nomine tuo exulta-
būt: tuū brachiū cum potētia.

91
Firmetur manus tua et exaltet
dextera tua: iustitia et iudiciū pre
piano sedis tue. **M**isericordia et
veritas præcedent faciē tuā: beatus
populus qui facit iubilationem.

Domine in lumine vultus tui ā
bulabūt: et in nomine tuo exulta
būt tota die: et in iustitia tua ex

altabūt. **Q**uā gloria virtutis
corū tu es: et in beneplacito tuo

exaltabitur cornu nostrū. **Q**uia
domini est assumptio nr̄a: et san
cti israel regis nostri. **Phares.**

Tunc locutus es in visione sā
ctis tuis: et dixisti posui ad
uitorū in potestate: et exaltavi e
lectū de plebe mea. **I**nueni dauid
seruū meū: oleo sacro meo unxi
eum. **M**anus meā auxiliabi
tur ei: et brachiū meū confirmabit

Nichil proficiet inimicus eius:
et filius iniquitatis non apponet
nocere ei. **E**t conuadam a facie ip-
sius inimicos eius: et odientes
eum in fugam uertam. **E**t ueritas
mea et misericordia mea cum ipso:
et in nomine meo exaltabitur cor-
nu eius. **E**t ponam in manu ma-
nu eius: et in fluminibus dextram eius.
Ipsse inuocabit me pater meus
es tu: deus meus et susceptor salu-
tis mee. **E**t ego primogenitum po-
nam illi: excelsum per regibus terrae.
In eternum seruabo illi misericor-
diam meam: et testamentum meum
fidele ipsi. **E**t ponam in sedem sedi
semen eius: et thronum eius sicut
dies celi. **S**i autem dereliquerint fi-
lii eius legem meam: et in iudiciis
meis non ambulauerint. **S**i in

stinas meas pphanauerit: et mā
 data mea nō custodierunt **V**isita
 bo in uirga iniquitates eoy: et ī
 uerbis peccata eoy **M**isericor
 diam autē meā non dispōgā ab
 eo: neq; no cebo in ueritate mea.

Neq; pphanabo testamentū me
 um: et que pcedūt de labijs meis
 nō faciam irrita **S**emel iuravi
 in sancto meo si dauid mentiar:
 semen eius in eternū manebit **E**t
 thronus eius sicut sol in conspe
 ctu meo: et sicut luna pfecta in e
 ternū: et testis in celo fidelis **C**ui
 uero repulisti et desperasti: distulisti
 cristi tuū **A**uertisti testamentū
 serui tui: pphanasti in ira sanctua
 riū eius **D**estruxisti omnes sepes
 eius: posuisti firmamentū eius
 formidine **D**impulerūt eū omēs

transcūtes viā: factus ē opprobriū
vicinis suis **E**xaltasti dexteram
deprementū eū: letificasti omnes
inimicos eius **A**uertisti adiuto
rū gladij eius: et nō es auxiliat
or in bello **O**struisti eū ab emū
datione: et sedm eius in terra col
lūisti **M**emorasti dies tēporis ei:
p̄fidisti eū cōfusione **U**sque
domine auertis in finē: exardescit
sicut ignis ira tua **M**emorare
que mea substantia: nunquid
enim vane cōstitisti omnes fili
os hominū **Q**uis est homo qui
vivet et nō videbit mortē: eruet
animā suā de manu inferi **U**bi
sunt misericordie tue antiquae dñe:
sicut irasti dauid in veritate
tua **M**emor esto dñe opprobri
seruoy tuoy: qđ cōtinui in sinu

meo multarū gentiū **Q**uod ex
probrauerit inimici tui domine:
qd exprobrauerit cōmutatio
nem cristi tui **B**enedictus dñs i
eternū:

Benedictus dñs i eternū.
fiat fiat.

Domine refugiu factus es **ps.** 89.
nobis: a generatione in ge

neratione **O**ruisq; montes fieret
aut formaretur terra et orbis: a
seculo et in seculu tu es deus **N**e
auertas homine in huilitate: &
dixisti uertimū filii hoim **Q**uo
niam nulle anni ante oculos
tuos: tanq; dies hesterni que p
terit **E**t custodia in nocte: que
p nichilo habentur eoru anni

erūt **M**ane sicut herba transeat:
mane floreat et transeat: uespere
deadat induret et ardeat **Q**uia

defrenuus ī ira tua: et in furore tu
o turbati sum. **P**osuit iniqui
tates nr̄as in aspectu tuo: seculū
nostrū in illuinatione vultus tui.
Quonia omnes dies nr̄i defecerūt:
et in ira tua defrenuus. **A**niu nr̄i
sicut aranea medita buntur: dies
annoy nr̄oy in ip̄is septuaginta
annu. **S**i autē in potentatib; oc
togañta añi: et amplius corū la
bor et dolor. **Q**uonia supuenit
mansuetudo: et corripienti. **Q**uis
nouit potestatem ire tue: et p̄ timo
re tuo iram tuā dinumerare. **D**e
etram tuā sic notā fac: et erudi
tos corde in sapientia. **C**ōuertere
dñe vsq; que: et deprecabilis esto
sup senios tuos. **R**epleti sumus
mane misericordia tuā: et exultauim;
et delectati sum; in omnib; dieb;

nostris **L**etati sumus p diebz qui
 bus nos humiliasti: annis quibz
 vidimus mala **R**espice in seruos
 tuos et in opa tua: et dirige filios
 eos **E**t sit splendor domini dei nri
 sup nos: et opa manuu nostray
 dirige sup nos: et opus manuu

Qui habi **ps.** nostray dirige. 90.
 stat in adiutorio altissimi:
 in pfectione dei celi commorabitur.

Dicit dno suscepto: meus es tu &
 refugiu meum deus meus: sperabo
 in eum **Q**uonia ipse liberabit me
 de laqueo venantium: et a verbo as
 pero **S**capulis suis obumbrabit
 tibi: et sub pennis eius spabis **S**ci
 to arundabit te veritas eius: non
 timebis a timore nocturno **A**la
 gitta volante in die: a negotio p
 ambulante in tenebris: ab insu

et demonio meridiano **Q**adent
a latere tuo mille: et decem milia
a dextris tuis: ad te autē non ap-
propinquabit **V**eruntamenſ omis
tuis ſiderabis: et retributionē pec-
catorū videbis **Q**uonia tu es dñe
ſpes mea: altiffimū poſuiſti refu-
giū tuū **N**on accidet ad te malū:
et flagellū nō appropinquabit
tabernaculo tuo **Q**uonia ange-
lis ſuis mandavit de te: ut cuſtodi-
ant te in omnibz vīs tuis **I**n ma-
nibus portabūt te: ne forte offen-
das ad lapidē pedem tuū **S**uper a-
ſpidem et baſiliſcū ambulabis: et
conculcabis leonē et draconem.
Quonia in me ſpavit liberabo
eum: ptegam eū quonia cogno-
vit nomen meū **C**lamavit ad
me et exaudiam eū: cum ipſo ſū

in tribulatione: eripiam eum et glo-
rificabo eum. **L**ongitudine dierum
replebo eum: et ostendam illi salutare.

Bonum est confiteri **ps.** meum. 91.

Domino: et psallere nomini

tuo altissime. **A**d annuncian-
dum

mane misericordiam tuam: et verita-

tem tuam per noctem. **I**n decimo psal-

tero: cum cantico in octava. **Q**uia

delectasti me domine in factura tua:

et in operibus manuum tuarum exulta-

bo. **Q**uia magnificata sunt opera

tua domine: nimis profundae sunt

cogitationes tuae. **V**ir insipiens

non cognoscet: et stultus non in-

telliget haec. **C**um exorti fuerint

peccatores sicut fenem: et apparue-

rint omnes qui operantur iniqui-

tate. **U**t intereant in seculum seculi:

tu autem altissimus in aeternum domine.

Quonia[m] esse inimica tui d[omi]ne quo
nia[m] esse inimica tui p[er]ib[un]t: et disp[er]
gentur om[n]es qui opantur iniqui
tatem. **E**t exaltabitur sicut univo
nis cornu meum: et senectus mea in
misericordia vberum. **E**t desperit o[mn]
is meus inimicos meos: et insur
gentibus in me malignantibus audi
et auris mea. **I**ustus ut palma
florebit: sicut cedrus libani multi
plicabitur. **P**lantati in domo do
mini: in atris domus dei nostri
florebit. **A**d huc multiplicabitur
in senecta vberum: et bene patientes
erunt ut annuntient. **Q**uoniam re
ctus d[omi]n[us] deus noster: et non est ini
quitas in eo. **A.**

92. **D**ominus exaltare. Guonae.
regnavit decorem indutus est:
indutus est d[omi]n[us] fortitudinem et

p̄anxit se **E**tenim firmavit orbem terre:
 qui nō commovebit **P**arata sedes
 tua ex tunc: a seculo tu es **E**leva
 verunt flumina dñe: elevaverunt
 flumina vocem suā **E**levaverunt
 flumina fluctus suos: a vonibus
 aquarū multarū **M**irabiles clari
 ones maris: mirabilis in altis dñs
Testimonia tua credibilia facta
 sūt nimis: domū tuā decet sancti
 tudo dñe in longitudine dierum.

Deus ultionū dominus: deus 93.
 ultionū libere egit **E**xalta
 re qui iudicas terrā: redde retributi
 onē sup̄bis **U**squequo peccatores
 dñe: usquequo peccatores glorabiū
 tur **E**ffabuntur et loquentur iniqui
 tate: loquētur omēs qui operantur
 iniusticiā **P**opulū tuū domine
 humiliaverit: et hereditatem tuā

verauerunt **U**idnam et aduenam
interfecerunt: et pupillos occiderunt.
Et dixerunt non videbit dñs: nec
intelliget deus iacob **I**ntelligite in
sapientes in populo: et stulti ali
quādo sapite **Q**ui plantavit au
rem nō audiet: aut qui finxit ocli
lū nō p̄siderat. **Q**ui corripit gentes
non arguet: qui docet hominem
scientiā. **D**ominus scit cogitatio
nes hoīm: quoniā vane sunt **B**e
atus homo quē tu erudieris dñe:
et de lege tua docueris ei **U**t mig
res ei a diebus malis: donec fodia
tur peccatorum fouea **Q**uia non re
pellat vñs plebem suā: et heredi
tatem suā non derelinquet **Q**uo
adulq̄ iustitia auertatur i iudi
cū: et qui iuxta illam: omēs qui
recto sunt corde **Q**uis consurgat

michi aduersus malignantes: aut quis
 stabit meum aduersus operantes iniqui-
 tate. **N**isi quia dominus adiuuit me: pau-
 lomminus habitasset in inferno ani-
 ma mea. **S**i dicebam motus est pes
 meus: misericordia tua domine adiuuabat
 me. **S**ecundum multitudinem dolorum
 meorum in corde meo: consolationes tue
 lenificauerunt animam meam. **Q**uoniam
 adheret tibi sedes iniquitatis: qui fini-
 gis laborem in precepto. **C**aptabunt in
 animam iusti: et sanguinem innocentem
 condemnabunt. **E**t factus est michi dominus
 in refugium: et deus meus in adiutorium
 spei mee. **E**t reddet illis iniquitatem
 ipsorum: et in malicia eorum disperdet eos:
 disperdet illos dominus deus noster.

Laltare qui iudicas terram. Beatus homo quem tu
 erubescis domine? Et de le-
 ge tua docueris eum. **Tertio versus.**

Benignus est spiritus sapientie et non

liberabit maledictū a labijs suis: quoniā
renū illius testis ē deus. ⁊ cordis ei⁹ scrutator: ē
verus: et lingue illi⁹ auditor. Quoniā spūs
Dñi repleuit orbem terrarū: et hoc qd̄ dicit
omnia scientiam habet vobis. Tu at. *R.*

Misericordias tuas domine. In eternū
cantabo. In generatiōe ⁊ p̄genie. In e.

94 **V**enite exultemus dño: *ps̄ dauid.*
Iubilemus deo salutari nostro.

Procurpemus faciem eius in confessi
one: et in psalmis iubilem⁹ ei. **Q**uo
niā deus magnus dñs: et rex magn⁹
sup omnes deos. **Q**uia in manu ei⁹
sunt om̄es fines terre: et altitudines
montū ipsius sūt. **Q**uoniā ip̄us
est mare et ipse fecit illud: et siccam
manus eius formauerūt. **V**enite
adoremus et adoramus ⁊ ploremus
ante dñm qui fecit nos: quia ip̄e

est deus noster **E**t nos populus pascoe
eius: et oues manus eius **H**odie si
uocem eius audieritis: nolite obdu-
rare corda uestra

Sicut in irritatio-
ne: secundum diem temptacionis in deserto

Ubi temptauerunt me patres uestri:
probauerunt me et uiderunt opera mea.

Quadragesima annis offensus fui
generationi illis: et dies semper erant
cordis

Et isti non cognouerunt uias
meas: ut iuravi in ira mea si intra-
bunt in requiem meam.

In scdo noct. a.

Ps. 95. | Cantate dno. |

Cantate dno *ps. 95.*

Cantate dno nouis cantibus
tate domino omnis terra.

Cantate dno et benedicite nomini
eius: annunciate de die in diem salu-
tare eius

Annunciate inter gentes

gloriā eius: in omnibus populis mi-
rabilia eius. **Q**uoniam magnus dñs
et laudabilis nimis: terribilis ē sup
omnes deos. **Q**uoniam omnes du gen-
tū demonia: dominus autem celos
fecit. **C**onfessio et pulchritudo in cō-
spectu eius: sanctimonia et magni-
ficentia in sanctificatione eius. **A**ff-
erte dño patri gentū afferte dño
gloriā et honorem: afferte domino
gloriā nomini eius. **C**ollite hosti-
as et introite in atria eius: adora-
te dñm in atrio sancto eius. **C**om-
mouebatur a facie eius uniuersa ter-
ra: dicitur i gentibus quia dñs regna-
uit. **E**t tūm torrens orbem terrę qui
non commouebatur: iudicabit p̄p̄os
in equitate. **T**remunt celi et exultet
terra: commouebatur mare et pleni-
tudo eius: gaudebunt campi et omnia

que in eis sunt **T**unc exultabunt
 omnia ligna silvarū a facie domi
 ni quia venit: quoniā venit iudi
 care terrā **I**udicabit orbem terre in
 equitate: et p̄p̄os in veritate sua. **ps**

Dominus regnavit exultet **dad.** 96.
 terra: letentur insule multe.

Nubes et caligo in circuitu eius:
 iustitia et iudiciū correctio sedis eius.

Ignis ante ip̄m p̄cedit: et inflāma
 bit in circuitu inimicos eius **A**llu

erūt fulgura eius orbi terre: vidit
 et cōmota est terra **M**ontes sicut ce

ra fluerūt a facie domini: a facie
 dñi omnis tra **H**umūa auerūt ce

li iusticiā eius: et viderūt omnes po
 puli gloriā eius **C**onfundantur

omnes qui adorant sculptilia: et
 qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate cū omnes angeli eius:

audiuit et letata est syon **E**t exul-
tauerunt filie iude: propter iudicia tua
domine.

Quonia tu dominus altissimus
super omnem terram: immo exaltatus es super
omnes deos.

Qui diligitis dominum
odite malum: custodit dominus animas
sanctorum suorum: et manu peccatoris
liberabit eos.

Iuxta est iustus: et
rectis corde letitia. **L**etamini iusti
in domino: et confitemini memorie sancti-
ficationis eius.

Cantate domino et benedicite
nomini eius.

Quia mirabilia. **C**uor.

Cantate domino canticum **ps dno.** 97
nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: et bra-
chium sanctum eius.

Noti fecit domi-
nus salutare suum: in conspectu gen-
tium reuelauit iustitiam suam. **R**eco:

datus est misericordie sue: et verita-
 tis sue domui israel. **V**idit om-
 nes termini terre salutare dei nostri:
 iubilate domino omnis terra: cantate
 et exultate et psallite. **P**sallite do-
 mino in cithara in cithara et voce
 psalmi: in tubis ductilibus et voce
 tube cervice. **J**ubilate in conspectu
 regis domini: moueatur mare et ple-
 nitudo eius: orbis terrarum et qui
 habitant in eo. **L**umina plau-
 dent manu simul: montes exultabunt
 a conspectu domini: quoniam venit iudi-
 care terram. **J**udicabit orbem terrarum
 in iustitia: et populos in equitate.

Dominus regnauit iras. *ps. 100.* 98
 cantur populi: qui sedit super
 cherubin moueatur terra. **O**nis in
 syon magnus: et excelsus super omnes
 populos. **C**onfiteantur nomini tuo

magnio quoniã terribile et sanctũ e:
et hono: regis iudiciũ diligit **C**u
parasti directiones: iudicium et iu
sticiã in iacob tu fecisti **E**xaltate
dominũ deũ nostrũ: et adorare sca
bellũ pedũ eius quoniã sanctũ est.

Moyles et aaron in sacerdotib; eius:
et samuel inter eos qui iuocant no
men eius **I**nuocabant dñm et ipse
exaudiebat eos: in columna nubis
loquebatur ad eos **C**ustodiebat
testimonia eius: et pceptũ qd dedit
illis **D**omine deus noster tu exau
diebas eos: deus tu propicius fuisti eis:
et vltimus in omnes adiuuaciones
eoz **E**xaltate dñm deũ nostrũ: et
adorate in monte sancto eius: quo
niã sanctus dominus deus noster.

Quia mirabilia fecit dominus. **J**ubi

Tubilate domino omnis terra: servate dño in le-
 late. **Evouac.**
Introite in cōspectu eius: in
 exultatione. **S**entite quoniā dñs
 ipse est deus: ipse fecit nos et nō ipi
 nos. **P**opulus eius et oves pascue
 eius introite portas eius in cōfessio-
 ne: atria eius in ymnis cōfitemini
 illi. **L**audate nomē eius quoniam
 suavis est dñs: in eternū misericordia
 eius: et usq; in generationē & gene-
 rationē veritas eius. **G**loria. **ps 100.**

Misericordiā et iudiciū cantabo
 tibi dñe: psallam et intelligā
 in via immaculata quādo venies
 ad me. **P**erambulabā in innocen-
 tia cordis mei: in medio domus
 mee. **N**on ponebā ante oculos
 meos rem iniustā: facientes p̄uari-
 tationes odium. **N**on adhesit mi

di cor prauū: ordinantē a me ma
 lignū non cognoscebā. **O**trahē
 tem scorto proximo suo: hūc pse
 quebar. **S**upbo oculo et insatia
 bili cordē: cum hoc nō crebā. **O**cu
 li mei ad fideles terre ut sedant me
 cū: ambulans i via unmadata
 hic michi nūstrabat. **N**on habi
 tabit in medio domus mee qui fa
 cit supbiam: qui loquit iniqua
 nō durrit in cōspectu oculorū meo
 rū. **I**n matutino interficiebam o
 mnes peccatores terre: ut disperdē
 rē civitate dñi omnes opantes in
 quitatē.

Olia. **ā.** **J**ubilare domino omnis terra.

Alleluia alleluia alleluia. Cap. Vigilate et etc. u. Jubilate dño oīs terra: Semite dño in leticia. Oio. Salua,

Ad lau
des. añ. **S**acrificiū dō spiritus contm

bulatis. **Evouac.**

ps. Misere. ps. Notus in uita.
ps. Bonu est spern. Cantu. Dne au
dmi. ps. laudate. Cap. Nor pcellit.
R.

Ad annuñdũ manẽ. misericordiã

niã. **U**t ueritatẽ tuã p noctẽ. *M. ti sum?*

ymus.
Spletoz.
ur. Reple

Super **D**er uiscera misericordie dei no

stru uisitant nos oim̃s ex alto. **Evouac.**

Oro
dni
cali

Sabbio.
Inuitat.

Dominũ dñi nr̃m. uenite

ad orem? **U**erite. **an.** **C**lamor me? **Evouac.**

ymus
Exerme.



omine exaudi **ps dñi.** IOI.

orationẽ meã: et cla
mor meus ad te ue
niat. **N**on auertas
faciem tuã a me: in

quacũq; die tribulo: inclina ad

me aurem tuā **I**n quacūq; die iu-
cauero te: uolenter exaudi me **Q**uia
defecerūt sicut fumus dies mei: et
sol
sa mea sicut crenuū auerūt **P**er-
cussus sum ut fenuū et aruit cor me-
um: quia oblitus sū comedere pa-
nem meū **V**oce gemitus mei: ad-
hesit os meū carni mee **S**imilis fa-
ctus sū pellicano solitudinis: factus
sum sicut nichthorax in domicilio.
Tigilau: et factus sum sicut pas-
ser solitarius in tecto **T**ota die ex-
probrabant michi iunior mei: et q̄
laudabāt me aduersū me iurabāt.
Quia auerem tanq̄ panē mādu-
cabam: et poculū meū cum fletu
miscbam **H**anc ire indignatio-
nis tue: quia eluās allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinaue-
rūt: et ego sicut fenuū arui **T**u autē

dñe in eternū pmanes: et memoria
 le tuū in generationē et generatio
 nē. **Q**ui exurgens misereris syon:
 quia tempus miserendi eius quia
 venit tempus. **Q**uonia placuerūt
 seruis tuis lapides eius: et terre eius
 miserbūtur. **E**t timebūt gentes
 nomē tuū dñe: et omnes reges tē
 gloriā tuā. **Q**uia edificabit dñs
 syon: et videbitur in gloria sua. **R**e
 sperit in orationē humiliū: et nō
 sperit pccm eoz. **S**cribant hec i
 generatione altera: et populus q̄
 creabitur laudabit dñm. **Q**uia p
 sperit de excelso sancto suo: dñs de
 celo in terrā asperit. **U**t audiret ge
 mitus cōpeditoz: ut solueret filios
 interruptoz. **U**t annūciat i syon
 nomen dñi: et laudem eius i iheru
 salem. **I**n ducendo populos in

unū: et reges ut seruiant dño. **R**espo-
dit ei in via virtutis sue: pauertate
dierū meorū nūcna michi. **N**e riuocēs
me in dimidio dierū meorū: in gene-
rationē ⁊ generationē anni tui. **I**n
ino tu domine terrā fundasti: ⁊ ope-
ra manū tuarū sunt celi. **I**psi pi-
būt tu autē pmanes: et omēs sicut
uestimentū veterascent. **E**t sicut o-
peronū mutabis eos et mutabūt:
tu autē idē ipse es: et anni tui nō
deficient. **F**ilij seniorū tuorū habita-
būt: et semen eorū in sedim diriget.

Benedic anima mea do **ps dāo.** 102.
mino: et omnia que intra
me sūt nomini sancto eius. **B**ene-
dic anima mea dño: et noli obli-
uisci omnes retributiones eius. **Q**ui
ppiatat omnibz iniquitatibus
tuis: qui sanat omēs infirmitatē

tuas **Q**ui redimit de uirtuti uitā
 tuā: qui coronat te ī misericordia
 et miserationibus **Q**ui replet ī bonis
 desiderū tuū: renouabitur ut aquila
 iuuentus tua **F**aciens misero:
 dias dñs: et iudiciū omnibus iuri:
 am patientibus **N**otas fecit vias su:
 as moysi: filius israel voluntates
 suas **M**iserator et misericors dominus:
 longanimis et multū misericors.
Non in perpetuū irascetur: neq; in et:
 nū cōminabitur **N**on scdm pecca:
 ta nostra fecit nobis: neq; scdm ini:
 quitates nr̄as retribuit nobis **Q**m̄
 secundum altitudinē celi a terra:
 corroborauit misericordiā suam
 sup timentes se **Q**uantū distat ori:
 tus ab occidente: longe fecit a no:
 bis iniquitates nr̄as **Q**uomodo
 misereatur pater filiorū misericors est

dñs timentibz se: quoniã ipse cognovit
figmentũ nostrũ **R**ecordatus ẽ
quoniã pulvis sumus: homo sic
fenu dies eius: tanq̃ flos agri sic
efflorebunt **Q**uoniã spiritus p̃transi
bit in illo et nõ subsistet: et non co
gnosceret amplius locũ suũ **M**iseri
cordia autem dñi ab eterno ⁊ usq̃
in eternũ: sup timentes eũ **E**t iusti
tia illius in filios filioꝝ: his qui ser
vant testamentũ eius **E**t memorĩ
sũt mandatorũ ip̃ius: ad faciendũ
ea **D**ominus in celo pavit sedem
suã: et regnũ ipsius omnibz domi
nabitur **B**enedicite dño omnes
angeli eius potentes virtute: faciẽ
tes verbũ illius ad audiendã vocẽ
sermonũ eius **B**enedicite domino
omnes virtutes eius: ministri eius
qui faciatis voluntatẽ eius **B**ene

diat dño omnia opa eius in omni
loco dñationis eius: benedic ani
ma mea

domino. *ā* Clamo: meus ad te veniat deus.

Benedic *ps da* **B**enedic. *103.*
anima *uid* **B**enedic. Evonae.

mea dño: domine deus meus magni
ficatus es vehementer **C**onfessionē

et decorem inquisit: amictus lunie
sicut vestimento **E**xtendens celū sic

pellē: qui tegis aquis superiora
tuis **Q**ui ponis nubem ascensum

tuum: qui ambulas sup pedes ve
torū **Q**ui facis angulos tuos spūs:

et ministros tuos ignem veritatem.

Qui fundasti terrā sup stabilitatē
suam: nō inclinabitur in seculum

seculi **A**bissus sicut vestimentū a
mictus eius: sup montes stabunt

aque **A**b incorpatione tua fugiet:

a voce tonitruu tui formidabunt.

Ascendunt montes et descendunt
campi: in locum quem fundasti eis.

Terminum posuisti quem non trans-

gredient: neque conuertentur operire
terram **Q**ui emittis fontes in qual-

libus: inter medium montium pertransi-

bunt aque **P**otabunt omnes bestie
agri: respiciabunt onagri in sinu sua.

Super ea volucres celi habitabunt:
de medio petrarum dabunt voces **R**i-

gans montes de superioribus suis: de
fructu operum tuorum sanabitur terra.

Producens fenum iumentis: et her-

bam seruiturum homini **U**t educas
panem de terra: et vinum letificet cor:

hominis **U**t exultaret faciem in oleo:
et panis cor hominis confirmet **S**atu-

rabuntur ligna campi et cedri liba-
ni quas plantauit: illic passeris

nificabūt **H**erodij domus dur
 est eorū: montes excelsi cœuis: petra
 refugium herinacis **F**ecit lunam i
 mpora: sol cognouit occasū suū.

Posuit tenebras et facta est nox:
 in ipsa p̄transibūt omnes bestie
 silue **Q**atuli leonū rugientes ut ra
 piant: et querāt a dō escam sibi.

Ortus est sol et congregati sunt: et in
 nubibus suis collocabūtur **Q**erit
 homo ad opus suū: et ad operati
 onē suā usq; ad vesp̄erū **Q**ū ma
 gnificata sunt opa tua dñe: omnia
 in sapientia fecisti: impleta est terra
 possessione tua. **O**lia p̄n. **pharis.**

Hoc mare magnū et spaciosū
 manib;: illic reptalia quorū
 non est numerus **A**nimalia pu
 lilla cū magnus: illic naues p̄trā
 sibūt **O**rao iste quē formasti ad

illudendū ei: omnia a te expectāt
ut des illis escam ī tpe. **D**ante te
illis colligent: aperiente te manū
tuā omnia implebūtur bonitate.
Auertente autē te faciem turbā
būtur: auferes spiritū eoz et defia
ent: et ī puluerem suū reuertentur.
Emittes spiritū tuū et orabunt:
et renouabis faciē terre. **S**it gloria
dñi in seculū: letabitur dñs in o
peribz suis. **Q**ui respicit terram et
facit eam tremere: qui tangit mō
tes et fumigant. **C**antabo dño ī
uita mea: psallam deo meo quā
diu sū. **T**onndū sicut eloquium
meū: ego uero delectabor in dño.
Deficiant peccatores a terra & ini
qui ita ut nō sint: benedic anīa
mea dño. 
Gloria. **an** **B**enedic anima mea dñm.

Confirmum domino et a. **L**etetur. **G**loriae. **I**nvocate nome eius: annuntiate ite gites opa eius. **C**antate ei et psal lite ei: narrate omnia mirabilia eius: laudamini in nomine sancto eius. **L**etetur cor querentiu dnm: quereite dominu et firmantu: quereite faciem eius semp. **M**emorate mirabiliu eius que fecit: pdigna eius et iudicia oris eius. **S**emen abraham serui eius: filii iacob electi eius. **I**pse dñs deus noster: i unversa terra iudicia eius. **M**emor fuit in seculu testamenti sui: ubi qd mandavit i mille generationes. **Q**uod disposuit ad abraham: et iuramento sui ad ysaac. **E**t statuit illud iacob in pceptu: et israel in testamentu etnuu. **D**icens

tibi dabo terrā chanaan: similitudinē
hereditatis vestre. **Q**uā essent nume-
ro breui: paucissimi et incolae eius.
Et pertransierūt de gente in gentē:
et de regno ad populū alterū. **N**ō
reliquit hominē nocere eis: et con-
puit p̄ eis reges. **N**olite tangere ci-
uitates meas: et in prophetis meis nolite
malignari. **E**t vocauit famem
sup̄ terram: et omne firmamentū
panis destruit. **M**isit autē eos virū:
in seruuū ueniūdas ē ioseph. **H**ū
lauerūt in cōpedibus pedes eius: fer-
rū pertransiit animā eius donec ue-
niret uerbū eius. **E**loquū d̄m
inflāmauit eū: misit eum ⁊ soluit
eū: princeps populorū et dimisit
eum. **C**onstituit eum d̄m dom-
sus: et principem omnis possessionis
sue. **U**t audiret principes eius sic

senectūm: et senes eius prudentiā.

Et intrauit **Pharao** & doceret
 israel in egyptū: et iacob
 acola fuit in terra cham. **E**t auerit
 populū suū vehementer: et firma
 uit eū sup inimicos eius. **Q**uer
 tit cor eorū ut odirent populū eius:
 et colū facerent in seruos eius. **M**
 it moysen seruū suū: aaron que
 degit ipm. **P**osuit in eis verba si
 gnorū suorū et pdignorū: ī tra cham.
Misit tenebras et obscurauit: & nō
 tracterbavit sermones suos. **C**on
 uertit aquas eorū in sanguinē: et
 omidit pisces eorū. **E**t dedit terra
 eorū ranas: in penetrabilibz regū
 ipsorū. **V**ent et uenit anomia et
 aniphes: in omnibz finibz eorū.
Posuit pluuias eorū grandinē:
 ignem cōburentē in terra ipsorū.

Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum: et struxit lignum finium eorum.
Dixit et venit locusta: et breuis cuius non erat numerus. **E**t comedit omne fenum in terra eorum: et comedit omnem fructum terre eorum. **E**t percussit omnem primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat in tribulacione eorum infirmus.
Letata est egyptus in perfectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos. **E**xpandit nubem in perfectionem eorum: et ignem ut luceret eis per noctem.
Penerunt et venit coturnix: et pane celi saturavit eos. **D**iripit petram et fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina. **Q**uoniam memorem fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abraham puerum suum. **E**t edu

et populū suū in exultatione: et electos suos ī terra. **E**t dedit illis regiones gentiū: et labores ipsorū possederūt. **U**t custodiāt iustificationes eius: et legē eius requirant.

V. *Quere domini et confirmamini. Quere faciem eius semper. lectio.*
Letetur cor querentiū dñm.

Bene fac iusto. et inuenies retributionē magnā: et si nō ab ipso: certe a dño. Non est mī ei bene qui assiduus ē in malis. et elemosinā non danti: quoniā et altissimū odio habet peccatores: et misertus est pe-

Domine exaudi orationē meā. *antiph.* Tu aut

Let dāno: meus ad te veniat. Ora.

In scō. noct. ā. *antiph.* **V**isita

Confitemini dño quoniā nos. *antiph.* bonus: quoniā in sculū

miserordia eius **Q**uis loquetur
potencias dñi: auditas faciet omnes
laudes eius **B**eatu qui custodiunt
iudiciū: et faciūt iusticiā in omni
tpe **M**emento nostri dñe in bene
placito populi tui: visita nos in
salutari tuo **A**d videndū in boni
tate electorū tuorū: ad letandū in
leticia gentis tue: ut laudaris cum
hereditate tua **P**ertauim⁹ cū pa
tribus nr̄is: iniuste egimus iniqui
tatem fecimus **P**atres nostri in
egypto nō intellexerūt mirabilia
tua: nō fuerūt memores multitu
dinis misericordie tue **E**t irrita
uerūt ascendētes in mari mari ru
bio: et saluauit eos p̄pter nomen
suū: ut notā faceret potenciā suā.
Et increpuit mare rubrū et exsic
catū est: et induxit eos in abissis

sicut in deserto **E**t salvavit eos de
 manu odientium: et redemit eos de
 manu inimici **E**t operuit aqua
 tribulantes eos: unus ex eis non re-
 mansit **E**t crediderunt verbis eius:
 et laudaverunt laudem eius **Q**uoto
 fecerunt oblii sunt operum eius: non
 sustinuerunt consilium eius **E**t con-
 cupierunt concupiscentiam in deserto: et
 temptaverunt deum in iniquo.
Et dedit eis portionem ipsorum: et
 misit saturitatem in animas eorum.
Et irritaverunt moysen in castris:
 aaron sanctum domini **A**perta est terra
 et deglutivit dathan: et operuit super
 congregationem abiron **E**t exarsit i-
 gnis in synagoga eorum: flamma
 combussit peccatores **E**t fecerunt
 vitulum in orebus: et adoraverunt scul-
 ptile **E**t mutaverunt gloriam suam:

in similitudinē vituli comedentes
fenu. **O**bliti sūt deum * qui salua
uit eos: qui fecit magnalia in egi
pto mirabilia in terra cham: terri
bilia in mari rubro. **E**t dixit ut di
spiceret eos: si nō moyses electus es
stetisset in oratione in conspectu
eius. **U**t auerteret irā eius ne disp
iceret eos: et p nichilo habuerūt ter
ram desiderabile. **N**on crediderūt vbo
eius: et murmurauerūt in taberna
culis suis: nō crediderūt vocē dñi.
Et eleuauit manū suā sup eos:
ut prosterneret eos in deserto. **E**t ut
diceret semen eorū in nationibz: et
dispergeret eos in regionibz. **E**t iura
ati sunt belphago: et comederunt
sacrificia mortuoz. **E**t irritauerūt
eū in adiurationibz suis: et multi
plicata est in eis ruina. **E**t stetit

111.
fines et placavit: et cessavit quas
sano **E**t reputatū est ei in iusticiā:
in generationē ⁊ generationē usq; in

Et irritavit **pharis.** sempiternū.
rūt enim ad aquā contraditi
ōnis: et veratus ē moyses ppter eos:
quia exacerbauērūt sp̄m eius **E**t
distinxit in labijs suis: nō disp̄di
derūt gentes quas dixit dñs illis.

Et commixti sūt inter gentes: ⁊ di
dicērūt opa eorū et seruierūt sculpti
lib; eorū: et factū est illis in scanda
lū **E**t immolauerūt filios suos et
filias suas: demonijs **E**t effuderūt
sanguinē innocentē sanguinē fili
orū suorū et filiarū suarū: quas sa
crificauerūt sculptilib; chanaan.

Et interfecta ē terra ī sanguinib;
et staminata est in opib; eorū: et
fornicati sūt in aduersionib; suis

Et iratus est furore dñs in popu-
lum suū: et abominatus ē heredi-
tatem suā. **E**t tradidit eos in ma-
nus gentiū: et dominati sūt eorū
qui oderunt eos. **E**t tribulauerūt
eos inimici eorū: et humiliati sūt sub
manibz eorū: sepe liberauit eos. **I**psi
autem exacerbauerūt eū in cōsilio
suo: et humiliati sūt in iniquitatibz
suis. **E**t vidit eū tribularent: et au-
diuit orationē eorū. **E**t memor fuit
testamētū sui: et penituit eū scdm
multitudinē misericordie sue. **E**t
dedit eos in misericordias: in conspectu
omniū qui ceperant eos. **S**aluos
fac nos dñe deus noster: et cōgrega
nos de nationibz. **U**t confiteamur no-
mini sancto tuo: et gloriemur in
laude tua. **B**enedictus dñs deus Isra-
hel a seculo et usq; in seculū: ⁊ dicit

omnis populus fiat fiat. **O**lia. **ā.**

Visita nos domine i salutar tuo. **De**

Confirmū **domino** necessitantibus nris. **E**uo. **106.**

quonia bonus: quonia in sedin
misericordia eius. **O**icant qui re

empti sūt a dño: quos redimit de
manu inimic: de regionibus cōgre

gant eos. **A**solis ortu et occasu:
ab aquilone et mari. **E**rrauerūt

in solitudine i maquolo: viam
civitatis habitaculi nō inueniūt.

Esurentes et sitientes: anima e
orū in ipis defecit. **E**t clamauerūt

ad dominū cum tribularetur: et
de necessitantibus eorū eripuit eos. **E**t

deduxit eos i viam rectā: ut uent i
civitatem habitacōnis. **C**onfirā

tur domino misericordie eius: et

mirabilia eius filius hoīm **Q**uia
satiavit animā inanē: et animā
esurientē satiavit bonis **S**edentes
in tenebris et umbra mortis: vin-
ctos in mendacitate et ferro **Q**uia
exacerbaverūt eloquia dī: et cōsili-
um altissimi irritaverūt **E**t hū-
liatū est in laboribus cor: cor: infir-
mati sunt nec fuit qui adiuvant.
Et clamaverūt ad dñm cū tribu-
larentur: et de necessitatibus eorū li-
beravit eos **E**t eduxit eos de tene-
bris et umbra mortis: et vincula
eorū dirupit **C**onfiteātur dōmīo
misericordie eius: et mirabilia eius fi-
lius hoīm **Q**uia cōtrivit portas cer-
as: et vestes ferreas cōfregit **S**usce-
pit eos de via iniquitatis eor: p̄p̄
injusticias eorū suas hūliati sunt.
Omne escam abominata est aīa

eorum: et appropinquaverunt usque
 ad portas mortis. **E**t clamaverunt
 ad dominum non tribularentur: et de neces-
 sitatibus eorum liberauit eos. **Q**uisit ver-
 bum suum et sanavit eos: et eripuit
 eos de interitibus eorum. **C**onfitean-
 tur domino misericordie eius: et mirabilia
 eius filii hominum. **E**t sacrificent sa-
 crificium laudis: et annuntient opera
 eius in exultatione. **Q**ui descendunt
 mare in navibus: facientes opera-
 tionem in aquis multis. **I**psi vide-
 runt opera domini: et mirabilia eius.
Dixit et iste pharis. in profundo.
 Tit spiritus percellit: et exaltati
 sunt fluctus eius. **A**scendunt usque ad
 celos et descendunt usque ad abyssos:
 anima eorum in malis tabescebat. **T**ur-
 bati sunt et moti sunt sicut ebrius:
 et omnis sapientia eorum devorata est.

Et clamauerunt ad dñm cū tribu-
larentur: et de necessitatibus eorum edu-
xit eos. **E**t statuit procellam eius in au-
ram: et siluerunt fluctus eius. **E**t
letati sunt quia siluerunt: et deduxit
eos in portum uoluntatis eorum. **C**on-
fiteantur dño misericordie eius: et mi-
rabilia eius filii hominum. **E**t exal-
tent eum in ecclesia plebis: et in ca-
thedra seniorum laudent eum. **P**osuit
flumina in deserto: et exiit aqua
in sitim. **T**erram fructiferam in salu-
ginem: a malicia inhabitantium in
ea. **P**osuit desertum in stagna aquarum:
et terram sine aqua in exiit aquarum.
Et collocauit illic esurientes: et
constituerunt ciuitatem habitacionis.
Et seminauerunt agros et plan-
tauerunt uineas: et fecerunt fructum
natiuitatis. **E**t benedixit eis et

multiplicati sunt nimis: et iumenta
 eorum non minora sunt. **E**t pauca
 facti sunt: et vexati sunt a tribula
 none malorum et dolore. **E**ffusa est
 contentio super principes: et errare fe
 rit eos in inuio et non in uia. **E**t ad
 uenit pauperem de inopia: et posuit
 sicut oues familias. **T**idebunt re
 cti et letabuntur: et omnis iniquitas
 oppilabit os suum. **Q**uis sapiens et
 custodiet hec: et intelliget miseri
 cordias

domini. **an.** **D**e necessitatibus nostris libera nos

domini. **a.** **C**onfitebor domino. **G**loria.

Paratum cor meum deus paratum 107.
 cor meum: cantabo et psallam
 in gloria mea. **E**rsurge psalterium
 et organa: exurgam diluculo. **C**on
 fitebor tibi in populis domine: et

psallam tibi in nationibus. **Q**uia
magna sup celos misericordia tua: et
usq; ad nubes veritas tua. **E**xalta
re sup celos deus: et sup omnē terrā
gloria tua: ut liberentur dilecti tui.
Salvū fac de terra tua et exaudi me:
deus locutus est in sancto suo. **E**x
ultabo et dividā sychunam: et cō
uallē tabernaculorū dimictar.
Deus est galaad et meus est ma
nasses: et effraim susceptio capitis
mei. **J**uda rex meus: moab lebes
spici mei. **I**n idumēā extendā calo
amētū meū: michi benignie a
mia facti sunt. **Q**uis deducet me ī
ciuitatē munitā: quis deducet me
usq; in idumēā. **D**onne tu deus q̄
repulisti nos: et nō erabis deus in
virtutibus nr̄is. **D**ā nobis auxiliū
ā tribulatione: quia vana salus

hominis **I**n deo facimus virtutē:
et ipse ad nichilū deducet inimicos

Deus laudem me **ps dñi. nr̄os.** 108.

Dam ne facieris: quia os pec-
catoris et os dolosi sup me aptum

Lonin sunt aduersum me li-
gua dolosa: et sermonib; odii ar-
cundiderūt me: et repugnauerunt

me gratis **P**ro eo ut me diligerēt
detraherant michi: ego autem

orabam **E**t posuerunt aduersū
me mala pro bonis: et odiū pro

dilectione mea **C**onstiterit sup eū
peccator: et diabolus stit a dextris

eius **Q**ū iudicatur creat diminuat:
et oratio eius fiat in peccatū **F**i-

ant dies eius pauci: et episcopatū
eius accipiat alter **F**iant filii eius

orphani: et uxor eius uidua **Q**u-
tantes transferant filii eius et me

dicent: natiur de habitacionibus
suis **S**eruetur fenerator: omnem
substantiam eius: et diripiant alieni
labores eius **N**on sit illi adiutor:
nec sit qui misereatur pupillis eius
Fiat nati eius in interitum: in gene-
ratione una deleatur nomen eius.
In memoriam redat iniquitas pa-
trii eius in conspectu domini: et peccatum
matris eius non deleatur **F**iat de
domino super: et dispreat de terra memoria eorum:
pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.
Et persequitur eum hominem inopem et mendici-
num: et compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem et venit ei:
et noluit benedictionem et longabit
ab eo **E**t induit maledictionem sicut
vestimentum: et intravit sicut aqua
in interiora eius et sicut oleum in
ossibus eius **F**iat ei sicut vestimen-

116
tū quo opit: et sicut zona qua semp
pangit. **H**oc opus eorum qui detrahunt
michi apud dñm: et qui locunt ma
la aduersus animā meā. **E**t tu dñe
dñe fac meū ppter nomē tuū: quia
suavis ē misericordia tua. **L**ibera me quia
egenus et pauper ego sū: et cor meū co
turbatū est intra me. **S**icut umbra
quā declinat ablatū sū: et tenuissus sū
sicut locuste. **O**mnia mea infirmata
sūt a ieiunio: et caro mea immuta
ta ē ppter oleū. **E**t ego factus sum
opprobriū illis: uiderūt me et mouerūt
capita sua. **A**diuua me dñe deus
meus: saluū me fac scdm misericordiā
tuā. **E**t sciat quia manū tua hec:
et tu dñe frasti eā. **M**aledicēt illi et
tu bñdices: qui insurgūt in me confun
dant: seruis autē tuis letabitur.
Induāt qui detrahūt michi pudor

re: et opiant sicut dyploude ofusione
 sua **C**onfitebor dño nimis i ore meo:
 et i medio mltorū laudabo eū **Q**uia
 assistit a dextis paupis: ut saluā fac
 ret a psequētibz animā meam. **an.**

Confitebor dño nimis i ore meo. **ā** Alleluia
 alleluia alleluia. **an.** **o.** Salua nos. **Ad laud.**
Cap. Diglat. v. Confitebor dño nimis i ore meo. Et i medio mltorū laudabo

Benigne fac i bona volūtate tua domine.
Euouac. **ps.** Misere. **ps.** Dñe
 exaudi orōes meā aun
 bz. **Cant.** Audite celi q.
ps. laudate **cap.** Nor. **A**uditā fac michi

mane. misericordiā tuā. **v.** **Q**uia i te sperau
 domine. **M.** **Sup bñ. ā.** **I**n viam pacis
*ymus. Splen
 to. v. Repleti su.*

Oro dñicalis.
 dirige nos domine. Euouac.
Dominiis diebz ad vespere. an.



Sede a dextris meis.

Irit domu
nus dño Guonac.
meo: sede a dextris
meis.

109.

Denece po
nã inimicos tuos: scabellũ pedum

tuoꝝ **V**irgam virtutis tue emittet
dñs ex syon: dominare i medio ini

micoꝝ tuoꝝ **Q**uã principũ in
die virtutis tue in splendoribz san

ctoꝝ: et utero ante luciferũ genui
te **J**uravit dñs et nõ penitebit eũ:

tu es sacerdos in eternũ scdm: ordinẽ
melchisedech **D**ñs a dextris tuis: cõ

fregit in die in sue reges **J**udicabũ
in nationibz implebit ruinas: con

quassabit capita i terra multoꝝ.

De torrente in via bibet: p̃ terra
exaltabit caput. **G**loria patri. **ps̃m̃.**

Confitebo: tibi dñe in toto cor-
 de meo: in cōsilio iustorū et
 cōgregatione **M**agna opa domi:
 exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio et magnificentia opus
 eius: et iustitia eius manet i seculū
 seculi **M**emorā fecit mirabilem
 suoz misericors et miserator dñs:
 escam dedit timentibz se **M**emor e-
 rit in sedm testamēti sui: virtutē
 operū suoz annūciabit populo
 suo **U**t det illis hereditatē gentiū:
 opa manū eius veritas et iudic-
 ium **F**idelia omnia mandata eius:
 confirmata in sedm sedī: facta in
 veritate et equitate **R**edemptionē
 misit populo suo: mandavit in
 eternū testamētū suū **S**anctū &
 terribile nomen eius: unū sapiē-
 tie timor dñi **I**ntellectus bonus

118
omnibus facientibus eius: laudatio eius
manet in seculum seculi. **G**loria. ps. iii.

Beatus vir qui timet dominum
in mandatis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: ge-
neratio rectorum benedicet. **G**loria
et diuine in domo eius: et iustitia
eius manet in seculum seculi. **E**ro-

tum est in tenebris lumen rectis: mise-
ricors et miserator: et iustus. **L**ocu-

dus homo qui misereatur et commo-
dat: disponit sermones suos in iudi-
cio: quia in eternum non commoue-
bitur. **I**n memoria eterna erit iustus:
ab auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in domino:
confirmatum est cor eius: non commo-
uebitur donec despiciat inimicos su-
os. **D**ispulit dedit pauperibus: iustitia
eius manet in seculum seculi: cornu

nus exaltabit in gloria. **P**ecator
videbit et irascetur: dentibus suis fir-
met et tabescet: desiderium peccatorum

112

Laudate pueri **ps. 134.** pibit.

Dñi: laudate nomē dñi. **S**it
nomē domini benedictū: et hoc
nūc et usq; in seculū. **A** solis ortu

usq; ad occasum: laudabile nomē
dñi. **E**xcellsus sup omēs gentes do-
minus: et sup celos gloria eius.

Quis sicut dominus deus noster:
qui in altis habitat et humilia re-
spicit in celo et in terra. **S**uscitans

a terra inopē: et de stercore erigens
pauperem. **U**t collocaet eū cum prin-
cipibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in do-
mo: matrem filiorum letantem. **anti.**

Sicut a dextis meis dicit dñs domus mea.

Benedictus deus et pater dñi nři **Cap.**
iesu xpi: pater misericordiarū et
deus totius consolationis: qui cōsolat nos

in omni tribu **Q**uoniam magnificata sūt.
latone nra, **K.**

Quia opera tua domine. **U**nia in sapientia

fracti repleta ē terra. **Op.**
Unus Deus creator: o. ver. Dignat dñe orō mea: Si aut in celi i spai t. Ad mgt añ. et orō patent i lonst.

Secunda
ad vespas: añ. **F**acta est. **Evonae.**

113.

Aeritū israel de egypto: domus ia
cob de populo barbaro **F**acta est

intra sanctificatio eius: israel po
testas eius **M**are vidit et fugit:

io:danis versus est retro: **M**on
tes exultaverūt ut antes: et colles

sicut agni ovium **Q**uid est tibi ma
re qđ fugisti: et tu io:danis quia

cōversus es retro: **M**ontes ex
ultastis sicut antes: et colles sic

agni ouū. **F**acie dñi mota ē ter-
ra: a facie dñi iacob. **Q**ui uertit pe-
trā in stagna aquarū: et rupem ī
fontes aquarū. **N**on nobis domi-
ne nō nobis: sed nomini tuo da
gloriā. **S**up misericordia tua et
veritate tua: ne quādo dicant gen-
tes ubi est deus eorū. **D**eus autem
noster in celo: omnia quęcūq; vo-
luit fecit. **S**imulachra gentiū ar-
gentū et aurū: opera manūū ho-
minū. **O**s habent et nō loquentur:
oculos habent et nō videbūt. **Au-**
res habent et nō audiēt: nars ha-
bent et nō odorabūt. **M**anus ha-
bent et nō palpabūt: pedes habēt
et nō ambulabūt: non clamabūt
in guttore suo. **S**imiles illis fiāt
qui faciūt ea: et omēs qui fidūt
in eis. **D**omus israel sperauit in

dño: adiutor: eorum et protector: eorum est.

Domus aaron speravit in dño: adiutor: eorum et protector: eorum est.

Qui timent dñm speraverunt in dño: adiutor: eorum et protector: eorum est.

Dominus memor: fuit nr̄: et bñdixit nobis.

Benedixit domui israel: benedixit domui aaron.

Benedixit omnibus qui timent dñm: pusillus cū maioribus.

Adinat dñs sup vos: sup vos et sup filios vestros.

Benedicti vos domino: qui fecit celū et terrā.

Quoniam celum dño: terrā autē dedit filius hominū.

Non mortui laudabūt te dñe: nec omnes qui descendūt in infernū.

Sed nos qui vivim⁹ bñdicim⁹ dño: et hoc nūc et usq; in seculū. **ā.**

Facta est iudicatio a sanctificatione eius.

Dilexi: ps. *Ps. 114*
Quonia Indinavit. *Enonac.*
 gaudiet dñs vocem oracōnū mee.
Quia indinavit aurem suā mi
 chi: et in dieb; meis iuocabo **Q**ui
 audierūt me dolores mortis: et
 pericula inferni iuenerūt me **Q**ui
 bulationē et dolorem iuenu: et no
 men dñi iuocaui **O** domine li
 bera animā meā: misericors dñs
 et iustus: et deus noster miseretur.
Custodiens paruulos dñs: hu
 miliatus sū et liberauit me **C**ō
 uertit anima mea in requiē tuā:
 quia dñs benefecit tibi **Q**uia c
 ripuit animā meā de morte: ocu
 los meos a lacrimis: pedes meos
 a lapsu **P**lacabo dño: i regione
 uiuor. *Ps. 114*
Olia. Indinavit dominus aurem suā m.

Credidi *ps d.* **S**er. / **C**redidi. *Evouac.* **II5.**
Ppter qd lo. **C**redidi. *Evouac.* **II5.**

cutus sum: ego autem humiliatus
sum nimis. **E**go dixi in excessu
meo: omnis homo mendax. **Q**d
retribuam dño: p omnibz que retri-
buit michi. **Q**alitem salutans ac-
cipiam: et nomē domini invocabo. **T**o-
ta mea dñno reddam corā omni
populo eius: p̄iosa in aspectu do-
mini mors sanctorū eius. **O** domine
